Parisinus graecus 511 — fol. 260-294, membr., saec. XI — contulit socius quidam Werneri Jaeger mihi ignotus
Parisinus graecus 534 — fol. 323v-360v, membr., saec. X — contulit H. Langerbeck, recontulit F. Egermann
Parisinus graecus 579 — fol. 1-17v, membr., saec. XI — contulit G. Bansa (20,16-37,13), recontulit F. Egermann
Parisinus graecus 580 — fol. 3-53v, membr., saec. XI — contulit socius quidam Werneri Jaeger mihi ignotus
Parisinus graecus 581 — fol. 1-8v, membr., saec. XI — contulit H. Langerbeck, recontulit F. Egermann
Parisinus graecus 585 — fol. 96-110v, 173-180v, 165-168v, chart., saec. XVI — contulit E. Keller
Parisinus graecus 586 — fol. 328v-356v, chart., saec. XVI — contulit socius quidam Werneri Jaeger mihi ignotus
Parisinus graecus 635 — fol. 72-114, chart., saec. XIV — contulit socius quidam Werneri Jaeger mihi ignotus
Parisinus graecus 693 — fol. 5-31v, membr., saec. XI — contulit socius quidam Werneri Jaeger mihi ignotus
Parisinus graecus 1020 — fol. 304-344, membr., saec. XI — contulit H. Langerbeck, recontulit F. Egermann
Parisinus graecus 1513 — fol. 1-35, membr., saec. XII — contulit H. Langerbeck, recontulit F. Egermann
Parisinus graecus 1514 — fol. 68v-104v, membr., saec. XII — contulit H. Langerbeck, recontulit F. Egermann
Parisinus graecus 1525 — fol. 260-288v, membr., saec. XII/XIII — contulit M. Völker

Parisinus graecus 1530 — fol. 211-248, membr., saec. XII — contulit H. Langerbeck, recontulit F. Egermann
Parisinus graecus 1539 — fol. 1-37, membr., saec. X — contulit H. Langerbeck, recontulit F. Egermann
Parisinus graecus 1545 — fol. 45-72, membr., saec. XIII — contulit A. Derwissopulu
Parisinus graecus 1549 — fol. 148v-173v, membr., saec. XII — contulit M. Völker
Parisinus graecus 1554 — fol. 277-310v, chart., saec. XIV — contulit A. Derwissopulu
Parisinus Coislinianus graecus 105 — fol. 3-28, membr., saec. X — contulit W. Voigt (5,7-13,21)
Parisinus Coislinianus graecus 106 — fol. 238-268v, chart., saec. XIV/XV — contulit A. Derwissopulu
Parisinus Coislinianus graecus 368 — fol. 1-9v, pars I: chart., saec. XVI — fol. 10-52, pars II: membr., saec. X — contulit H. Langerbeck, recontulit F. Egermann
Parisinus Ste. Geneviève 2753 — fol. 9-83v, chart., saec. XVII — contulit F. Lötzsch (3,5-7,21; 12,2-13,21)
Patmensis 231 — oratio IV, membr., saec. XII — contulit H. Polack
Patmensis 232 — oratio I, membr., saec. XII/XIII — contulit H. Polack (3,5-12,22 νόμων)
Patmensis 234 — oratio IV, membr., saec. XII — contulit H. Polack
Patmensis 235 — oratio XVI, membr., saec. XII — contulit H. Polack
***Patmensis 236** — oratio XIV, membr., saec. XII/XIII — non inspexi
***Petropolitanus bibliothecae publicae 182** — fol. 1-8, membr., saec. XIII/XIV — non inspexi
Radingensis Douai — fol. 358-384v, membr., saec. XI — contulit M. v. Stritzky, recontulit F. Lötzsch
Romanus Angelicanus graecus 70 (olim B 3.5) — fol. 1-41v, membr., saec. XII
Romanus Vallicellianus graecus C 34 — fol. 150-177, chart., saec. XIV — contulit W. Voigt (3,5-13,21)
Sinaiticus graecus 503 — fol. 1-32v, membr., saec. XI — contulit W. Voigt (3,5-13,21)
Sinaiticus graecus 524 — fol. 1-17, membr., saec. XI — contulit F. Mann
Taurinensis graecus C I 16 — fol. 34sqq, membr., saec. XIII — contuli 3,5-10,19
***Tiranensis 3** — oratio VI, membr., saec. XII — non inspexi
E **Vaticanus graecus 446** — fol. 335v-378v, membr., saec. XII — contulit A. Derwissopulu (3,5-57,3)
Vaticanus graecus 805 — fol. 2-38v, membr., saec. XI/XII — contulit A. Derwissopulu
Vaticanus graecus 806 — fol. 22-47v, membr., saec. XI/XII — contulit A. Derwissopulu
V^c **Vaticanus graecus 807** — fol. 144-163, membr., saec. X — contulit E. Keller
Ω **Vaticanus graecus 808** — fol. 243v-279, membr., saec. XI — contulit E. Keller
Vaticanus graecus 866 — fol. 98-103v, membr., saec. XI
Vaticanus graecus 1433 — fol. 381-394, membr., saec. XIII
X^a **Vaticanus graecus 1596** — fol. 19v-42v, membr., saec. XI — contulit H.-M. Schreiber (3,5-55,25)
Vaticanus graecus 1801 — fol. 2-19, membr., saec. XI/XII — contulit F. Mann (3,5-13,21)
S **Vaticanus graecus 1907** — fol. 128v-134, chart., saec. XII — contulit H.-M. Schreiber (3,5-55,25)
Vaticanus graecus 1989 — fol. 120v-142v, membr., saec. XI/XII
Vaticanus graecus 2001 — fol. 45v-81v, membr., saec. XIII
Vaticanus graecus 2039 — fol. 3v-46v, membr., saec. XI — contulit F. Mann, recontulit F. Lötzsch
Vaticanus Barberinianus graecus 524 — fol. 5-41, membr., saec. XII — contulit A. Derwissopulu
Vaticanus Barberinianus graecus 563 — fol. 24-60v, membr., saec. XI — contulit A. Derwissopulu
Vaticanus Ottobonianus graecus 91 — fol. 45-68, chart., saec. XVI/XVII — contulit E. Keller (3,5-9,21)

Vaticanus Ottobonianus graecus 281 — fol. 1-40v, chart., saec. XVII — contulit G. Bansa (3,5-9,21)
Vaticanus Palatinus graecus 17 — fol. 55v-84, membr., saec. X/XI — contulit G. Bansa (4,7-38,6)
Vaticanus Urbinas graecus 10 — fol. 110v-142v, chart., saec. XVII — contulit G. Bansa (3,5-11,29)
Venetus Marcianus 67 — fol. 105-125v, membr., saec. XI — contulit socius quidam Werneri Jaeger mihi ignotus
Venetus Marcianus graecus 349 — fol. 304-332v, membr., saec. XI/XII
Venetus Marcianus graecus 350 — fol. 2-43v, membr., saec. XII — contulit A. Derwissopulu
Venetus Marcianus graecus 352 — fol. 2-46v, membr., saec. XI — contulit E. Keller
Venetus Marcianus graecus 353 — fol. 2-31, membr., saec. XII — contulit A. Derwissopulu
Venetus Marcianus graecus VII 53 — fol. 137-159v, membr., saec. XII — contulit H.-M. Schreiber
Ω^a **Vindobonensis historicus graecus 5** — fol. 289v-315v, membr., saec. XI — contulit H. Langerbeck, recontulit F. Egermann
Vindobonensis historicus graecus 11 — fol. 13v-42v, membr., saec. XI — contulit H. Langerbeck, recontulit F. Egermann, iterum examinavit G. Müller (3,5-24,6)
Vindobonensis theologicus graecus 42 — fol. 210-228, chart., saec. XII — contulit A. Derwissopulu (3,5-19,1)

2. DE RECENSIONE CODICUM

De memoria ω2

De codicibus S, Vat. 1433 (Z), Λ, Ven. Marc. 349

Incipiamus ab illo notissimo codice Vaticano gr. 1907 = S eiusque progenie Vaticano gr. 1433, qui non nisi erroribus fortuitis idque perraro a S differt. proximi ab iis stant Londiniensis Musei Britannici gr. Old Royal 16 D I = Λ et ille iam saepe laudatus eiusque gemellus Venetus Marcianus gr. 349. qui ubique fere cum Λ congruit. pro multis haec satis sint exempla:
11,4 post συνεταράχθη add οὗτος Λ, Ven. Marc. 349;
28,5 θείᾳ ὁρμῇ τινι καὶ ἐνεργείᾳ κρείττονι coll soli;
29,20-21 φιλονεικοῦντος ἑκατέρου καὶ οὐ παραδεχομένου τὸν ἕτερον Λ, Ven. Marc. 349.

Sunt autem lectiones variae Λ et Ven. Marc. 349 propriae, quibus utrumque ab exemplari maiusculis scripto repetendum esse manifestum est:
11,27 ἐπ': ἐν Λ Ven. Marc. 349;
14,20 ἑκάτεροι pro ἑκάτερος uterque;
23,13 ἔλαττον ἢ μεῖζον: ἔλαττον ὂν ἢ μεῖζον iidem e dittographia.

Quod ad Λ attinet, exemplar eius ab archetypo totius familiae descriptum esse, sed, ubi is iam mutilatus fuisset, aliunde hausisse opinatus est

Langerbeck GNO VI p. XXV. ille fons, quem locis mutilatis adhibuisse dicitur, in hac oratione alius erat atque is, e quo Venetus Marcianus hausit. differunt enim interdum, cf:

26,7 καὶ - ἀνατεινόμενος om Λ, non Ven. Marc. 349;
30,8 παρεσκευάζετο: παρεσκεύαστο Ven. Marc. 349: ἐστρατεύετο Λ, sed in mg adscr ead man παρεσκευάζετο;
32,5 στρατοῦ Λ plerique: λαοῦ falso Ven. Marc. 349;
43,5 φόβῳ Ven. Marc. 349 plerique: ἐπιτιμίῳ Λ;
44,8 τὰ κατὰ τὰς ἰάσεις om Λ, non Ven. Marc. 349. unde apparet alterum ab altero descriptum non esse.

Ceterum Ven. Marc. 349 quoque textum praebet contaminatum, cf:

44,8 ad περιεργίᾳ in mg adscr ead man γρ περινοίᾳ;
45,11 ad δόγμα in mg γρ κήρυγμα;
53,7 ad πίστεως in mg γρ θεογνωσίας;
57,1 ad ἐρρώσθησαν in mg γρ ηὑρώστησαν.

S, Vat. 1433 (Z) et Λ, Ven. Marc. 349, ut e qualibet parte apparatus cognosces, non raro discedunt idque ea ratione, ut locis iam antiquitus incertis vel corruptis sive ipsi sive utrorumque exempla suo quidque Marte coniciendo vel commiscendo varii generis lectiones textum correctum reddant.

Proxime ad Λ accedit corrector Vaticani gr. 2001, qui utrum scriba ipse an alter quidam fuerit, e tabellis phototypicis dignoscere non potui. pro multis exemplis satis sint haec:

Post δὲ 9,4 e correctura add αὖ, quod solus exhibet Λ;
17,16 τοῦτο erasit, quod solus om Λ;
33,4 ναυαγούντων corr in συνναυαγούντων, quod solus praebet Λ.

Excerptum Vitae Thaumaturgi (17,24-19,5), quod in codice Florentino Laurentiano plutei 6,12 invenitur, lectionibus variis ubique fere cum Λ et S consentit. sed cum textus tam brevis sit, cavemus, ne quid pro certo habeamus de eorum cognatione.

De familia ב

Iam transeamus ad unius codicis numerosam ut ita dicam progeniem. sunt autem hi: Vaticanus gr. 805, Hierosolymitanus Saba 33, Hauniensis fundi antiqui 167, Atheniensis gr. 2107, Vaticanus Barberinianus gr. 524, Parisinus gr. 1554, Vaticanus gr. 2039, Athous Vatopediu 494, Mosquensis gr. 364, Atheniensis gr. 2470 et Parisinus gr. 580, Venetus Marcianus gr. 350, Hauniensis fundi antiqui 168, Athous Dionysiu 116, Constantinopolitanus ἁγίας τριάδος 84, Lesbiacus λειμῶνος 52, Atheniensis gr. 2362, Athous Dionysiu 44, Mosquensis gr. 396 nec non Parisinus gr. 511, Atheniensis gr. 2102, Hierosolymitanus Saba 26, Venetus Marcianus gr. 353, Mediolanensis Ambrosianus gr. A 213 inf, Romanus Angelicanus gr. 70, Parisinus Coislinianus gr. 106, Hierosolymitanus Stavru 7, Atheniensis gr. 1051, Vaticanus gr. 1801, Constantinopolitanus ἁγίας τριάδος 82^{2}. eidem generi addicendi sunt Romanus Vallicellianus gr. C 34 in initio (a p. 8 fere ad memoriam diversam spectat), lectiones intra lineas additae Constantinopolitano ἁγίας τριάδος 85^{2}, supplementum Constantinopolitani ἁγίας τριάδος 82^{2}, Athous Vatopediu 58 a p. 8 fere, qui autem ab initio saepe, postea raro ex aliis familiis quaedam admiscuit. nunc vide, quibus lectionibus familia ב a ceteris discriminetur:

5,2 καὶ σπουδῆς ἄξιον om;
6,6-7 ἀποβλέπων (sic!) εὐδαμονίαν coll (βλέπων Vat. Barb. 524, Athen. 2470);
6,16 ὃς om fortasse e haplographia, suppl Vat. 805^{2};
6,23 ἐν om;
7,19 οἴεσθαι post ἀποδεικνύειν coll omnes praeter Rom. Ang. 70, qui οἴεσθαι om;
8,23 προαιρέσει;
9,9 ὁ om omnes praeter Athen. 2470 falso, postea suppl Vat. 805^{2}. ad ב accedit ὁ eraso Vat. 2001, de quo supra p. XCVI.
12,5 ἐπελέγξαντα omnes praeter Vat. Barb. 524, Athen. 2470;
12,18 εἶναι om accedentibus Vat. 2001, E v;
24,15 τῇ φήμῃ: φημὶ omnes praeter Vat. 1801, Ath. Vat. 58; falso scil!
38,10 καταγέλαστον;
42,6 τοίνυν: τε omnes praeter τε καὶ Ath. Vat. 494, δὲ Athen. 1051, Mosqu. 364, Mosqu. 396;
43,18 μετὰ - ποτὲ: συλλόγου δέ ποτε omnes;
48,10 διερευνήσαντες omnes praeter Ath. Vat. 58, Const. ἁγ. τριάδ. 82^{2}. accedit Par. Coisl. 368, de quo cf. p. C sq.
48,15 εἰ μὴ om omnes praeter Const. ἁγ. τριάδ. 82^{2}. accedit Par. Coisl. 368;
48,16 ζητουμένων omnes praeter Const. ἁγ. τριάδ. 82^{2}, corr Vat. 805^{2};
49,4-5 κατὰ σπουδὴν ב̄, sed coll εἶναι τοῖς κρατοῦσιν κατὰ σπουδὴν ב$_{1}$, de quo grege cf. infra.
50,23 memoria labente discordant. praebent enim ἤει Par. 511, Par. 580, Par. 1554, Haun. 167, Ven. Marc. 350, Ven. Marc. 353, Athen. 2107, Athen. 2362, Lesb. λειμ. 52, Ath. Dion. 44, corr Mosqu. 364^{2}: peius εἴη Vat. Barb. 524, Med. Ambr. A 213 inf, Rom. Ang. 70, Par. Coisl. 106, Vat. 2039, Ath. Vat. 494, Athen. 1051, Mosqu. 364: διήνει Athen. 2470. discordiae autem origo ab errore hyparchetypi repetenda mihi videtur, in quo δι omissum primum, postea difficile lectu additum erat.

Res similis est 51,17 πυρὶ καὶ καπνῷ διαμεμιγμένην Rom. Ang. B 3,5: πυρὶ καὶ καπνώδη μεμιγμένην Med. Ambr. A 213 inf, Ven. Marc. 353, Lesb. λειμ. 52: πυρὶ καπνώδει διαμεμιγμένην Par. 511: πυρὶ καπνώδει μεμιγμένην Athen. 1051, Par. 580, Ven. Marc. 350, Par. Coisl. 106: πυρὶ καπνώδει (μεμιγμένην om) Vat. Barb. 524: πυρὶ καπνώδει δὴ Haun. 167: πυρώδη καὶ καπνώδη Athen. 2107: ceteri ad lectionem a plerisque traditam reverterunt. nonne arridet e δια- praepositione in δη corrupta in ב istam exstitisse perturbationem?

Restat, ut, quid de hyparchetypo ב iudicem, proponatur. cum nullus ex his omnibus ante saeculum XI scriptus sit neque aliud menologiorum genus praeter Metaphrastae hac familia tradatur et textus integer ab omissionibus et mendis gravioribus nec non re orthographica satis purgatus sit, totius generis exemplum saeculo X exeunte haud scio an corpori Metaphrastae propagando Constantinopoli scriptum puto. cuius, cum neque lectionibus dignis, quae memorentur, aliis praecedat neque ad historiam textus indagandam multum conferat, in apparatu critico mentionem non faciam.

Quaesiverit hic aliquis, utrum codices singuli nullo intermisso e ב profluxerint an qui per medium exemplar exceperint memoriam. mihi videntur duo greges ab exemplaribus intermissis processisse, quorum alter constat e Vat. 805, Vat. 2039, Athen. 2107, Athen. 2470, Hier. Saba 33, Haun. 167, Vat. Barb. 524, Par. 1554, Ath. Vat. 494, Mosqu. 364, quos littera ב$_1$ comprehendam, alter e Par. 580, Ven. Marc. 350, Haun. 168, Ath. Don. 116, Const. ἁγ. τριάδ. 84, Lesb. λειμ. 52, Athen. 2362, Ath. Dion. 44, Mosqu. 396: ב$_2$.

De grege ב$_1$

Lectiones propriae sunt hae:

8,7 προκειμένην: παροῦσαν omnes cum Par. Coisl. 105, Hier. Saba 171, Ath. Vat. 496, Ath. Dion. 44; glossam sapit.
13,9 πᾶσαν om;
14,5 ὅθεν τροσήκει om, corr Vat. 805²;
34,12 κατ' ἐκεῖνο om, corr Vat. 805²;
34,15-16 τῷ - δείξας om omnes praeter Ath. Vat. 494, corr Vat. 805²;
42,11 ἐκείνου om;
50,2 αὐτοῦ om omnes praeter Vat. 805 αὐτῶν;
51,8 ὑποστρέψαι: προσψαῦσαι omnes;
51,8 κατατολμῶντος Haun. 167, Athen. 2107, Vat. 2039, Ath. Vat. 494 cum aliis: κατατολμῶντα (ut ad μηδένα spectet?) Vat. Barb. 524.

Clarius glossas in textum ב$_1$ influxisse vides 50,12 φύσεως Vat. 805, Ath. Vat. 494: δυνάμεως cett ב$_1$. sed non modo glossas, etiam correcturas intra lineas scripsisse videtur auctor exemplaris ב$_1$, cf:

45,9 αὐτοὺς ante πάλιν coll Vat. 805, Vat. 2039, Ath. Vat. 494, Mosqu. 364, Haun. 167, Athen. 2107: πάλιν om Vat. Barb. 524, Athen. 2470, unde αὐτοὺς omissum deinde supra πάλιν scriptum esse, quod Vat. Barb. 524 et Athen. 2470 pro correctura habuerunt, apparet.
54,23-55,1 κατὰ πάτριον Haun. 167, Vat. 2039, Mosqu. 364: κατὰ πάτριον ἔθος Vat. Barb. 524, Athen. 2107 (ἔθνος), Athen. 2470, Ath. Vat. 494: κατὰ τὸ πάτριον ἔθος Vat. 805, quae variatio orta esse videtur ex ἔθος e ל aliisque hausto et supra κατά τι πάτριον, quod ב$_1$ tradiderat, scripto.

Iudicium de ב$_1$ eo confirmatur, quod aliis quoque locis textum ב ad alias familias correxit, cf:

6,4 ὁ θεῖος τῶν ἐγκωμίων ἔπαινος ב: ὁ θεῖος τῶν ἐγκωμιαζομένων ἔπαινος hi omnes secuti alios.
35,1 ὑδάτων fortasse glossa Vat. 2039, Ath. Vat. 494, Mosqu. 364, Athen. 2470 cum cett ב: στοιχείων, quod plerique tradiderunt, exhibent Vat. 805, Haun. 167, Vat. Barb. 524, Par. 1554 et Rom. Ang. 70, unde utramque lectionem in ב$_1$ fuisse apparet.
42,15 γενναιοτέρᾳ cett ב: γεγονωτέρᾳ ad plerosque ב$_1$;
47,8 περιφέρειν falso cett ב: φέρειν recte cum plerisque aliis hi omnes. sed haec hactenus.

De grege ב$_2$

6,1-2 τὰ ὑπὲρ ταύτην ... ἃ hi soli, fortasse e coniectura, accedit Par. 511;
9,22 δόξαις: δόγματος iidem, fortasse e glossa supra θείου scripta;
9,25 ἐν om ut e.g. V^c^EX^a^;
11,3 post συγκινουμένων add ὀργῇ καὶ θυμῷ δικαίῳ scil glossam;
11,7 κατ' αὐτοῦ om;
49,4-5 collocationem verborum ב$_1$, quam supra demonstravi, solus sequitur Lesb. λειμ. 52: εἶναι post σπουδὴν coll Par. 580: κατὰ σπουδὴν εἶναι τοῖς κρατοῦσι Athen. 2362, Ath. Dion. 44, Mosqu. 396 et Const. ἁγ. τριάδ. 82²: εἶναι κατὰ σπουδὴν τοῖς κρατοῦσι Athen. 1051. difficile non est intellectu in ב$_2$ verba omissa, deinde intra lineas vel in margine adscripta esse, ut de vero verborum ordine dubitari potuerit.
38,8 ב$_2$ discedit a ב lectione difficiliore ἀτημελημένῳ (κατημελημένῳ Mosqu. 396) conservata.

Hac re explicata iuvabit schemate uti, quo uno conspiciamus obtutu, quid patravisse nobis videamur.

Videas licet infra p. C.

De generis ב testibus singulis

Reliqui codices generi ב addicendi hac re tantum congruunt, quod hyparchetypi latius divulgati testes sunt. neque tamen singuli recta via



ab eo fluxerunt, quod si accidisset, re orthographica minus culti, erroribus magis vexati essent, sed ita, ut e memoria iterum iterumque emendata hic illic lectionibus variis ex aliis familiis sumptis aucta atque contaminata suum quisque praebeant textum.

De familia ש$_1$

Ab origine communi orti sunt Parisinus Coislinianus gr. 105, Parisinus gr. 1539, Vaticanus gr. 807 = V^c, Vindobonensis historicus gr. 11, Bruxellensis IV 322, Ferrarensis 321^2 nec non Parisinus Coislinianus 368, quem, cum textum praebeat contaminatum, illorum sex cum lectiones proprias nonnullas tum errores repudiavisse ne mireris. sed in magno variantium discrimine lectionum, de quo infra disputabo p. CV sq, semper cum hoc facit grege.

Conspirant illi sex:

3,13 post τοῦ add ἁγίου, accedunt Par. Coisl. 368^2, Ath. Vat. 491;

5,10 εὐγένειαν: συγγένειαν iidem cum S E, Mosquensi gr. 384, Patmensi 234, Parisino Ste. Geneviève 2753;

7,26 καὶ - διηγήματα (= 19 litt) om Par. Coisl. 105, Par. 1539, V^c, Brux. IV 322, Ferrar. 321^2 conspirantibus Const. ἁγ. τριάδ. 84, Genuensi Missionis Urbanae 36, Athen. 2362, codice Meteoron μεταμορφώσεως 370; καὶ - ὑπεράραντα (= 57 litt) om Vind. hist. 11, unde exemplaris, in quo lineae 19 litterarum duabus columnis scriptae erant, hunc tres lineas, illos unam lineam transsiluisse facile intellegi potest;

8,7 παραλείψωμεν: καταλείπωμεν Par. Coisl. 105, Par. 1539, V^c, Vind. hist. 11: καταλίπωμεν Brux. IV 322, Ferrar. 321^2, accedit Mosqu. 384;

8,21 κατὰ: πρὸς omnes sex;

11,4 οὔτε - χαλεπαίνουσιν (= 41 litt, i.e. 2 fere lineas) om iidem;

13,8 ἐποίησεν: πεποίηκεν iidem et Par. Coisl. 368 (corr ead man).

Sed videamus, si quis ex his ab alio descriptus sit:

54,5 ἐπευξάμενος - δέχεται (54,15) post προσεθήκαμεν (57,8) coll Par. 1539, Par. Coisl. 105, Vind. hist. 11 (deest Brux. IV 322) et post δέχεται haec verba add: ἐν χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν ᾧ ἡ δόξα σὺν τῷ πατρὶ καὶ πνεύματι νῦν καὶ (σὺν - νῦν καὶ: καὶ τὸ κράτος Vind. hist. 11) εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

35,18 ὁρώντων - τῶν om V^c (deest Brux. IV 322);

4,10 οἶμαι δεῖν om, pro ἑκατέροις praebent εἶναι χρὴ V^c, Brux. IV 322, Ferrar. 321^2.

Quibus rebus cognitis Par. 1539, Par. Coisl. 105, Vind. hist. 11 e memoria a V^c diversa hausisse nemo neget. at Par. Coisl. 105

47,1 ἴσῳ - 2 φύσιν om, quem in ea re nullus (deest Brux. IV 322) secutus est. itaque non est fons ceterorum. restat, ut videamus, quae ratio inter Vind. hist. 11 et Par. 1539 intercedat:

4,22 ἀρίστη - 25 ἐφόδοις om Vind. hist. 11, suppl man rec; λαμπρύνεται - ἐγκωμίων (4,22-25) om Brux. IV 322 et Ferrar. 321^2), unde Par. 1539 a Vind. hist. 11 non fluxisse apparet. quod confirmatur altero ab altero differente;

4,25 ἐπαιμεῖσθαι (sic) Vind. hist. 11, in mg add εὐφη- man rec;

11,20 ταρασσομένων falso Par. 1539, V^c, Par. Coisl. 105; σπαρασσομένων recte Vind. hist. 11;

11,21 ἀποπτύοντος Vind. hist. 11, Brux. IV 322, Ferrar. 321^2 cum Sinaitico gr. 503: παραπτύοντος Par. 1539 cum cett;

33,19 σκηριπτόμενος Par. 1539 cum V^c, Vat. 2039, Mosqu. 384: στηριζόμενος Vind. hist. 11, cett.

Haec satis sint, quibus in hoc grege nullum codicem alterius apographon esse probetur, Brux. IV 322 et Ferrar. 321^2 autem artiore cog-

nationis vinculo inter se coniunctos esse. cf et 9,5 σύμμαχος: σύμμαχον hi soli falso.

Deliberanti, qualis naturae, quae aetas fuerit fontis ש$_1$, haec tibi ante oculos proponas: primum codices, quos iam tractavi, varia continent; deinde menologia aut vitarum sanctorum corpora, quae continent Par. 1539, Par. Coisl. 105, V^c, exstiterunt saeculo IX, ut Ehrhard, Überlieferung und Bestand ... I 1,235, 477, 499 docuit; postremum nescimus, utrum librarii horum trium codicum ordines homiliarum ad exempla saeculi IX constituerint, at textum ipsum ex aliis codicibus recentioribus nescio quae opera Gregorii continentibus receperint, quod in abundante corporis Metaphrastae memoria factum videmus, (de qua re cf infra p. CXXIV) an una cum ordine textum ex exemplaribus sumpserint; quod si fecerunt, memoria ש$_1$ iam saeculo aut IX aut priore tradebatur, fortasse illo codice binis columnis 19-20 litterarum scripto, de quo supra diximus.

De asseclis memoriae ש contaminatis: ע

Primum induco gregem codicum septem manuscriptorum, qui aut lectionibus propriis contra omnes faciunt aut una voce cum alio hic, illic cum alio concinunt. sunt autem Hierosolymitanus Saba 141, Vaticanus gr. 866, Parisinus gr. 1545, fragmentum Patmense 232 necnon Constantinopolitanus ἁγίας τριάδος 83 eiusque gemellus Mosquensis gr. 361 eiusque, quod omnibus fere rebus par est, apographon Athous Esphigmenu 15, quos omnes comprehendam littera

ע

Haec affero exempla cognationis:
13,25 ὑπεριδεῖν om omnes, accedit Rom. Vall. 36;
13,25 ὑπὲρ τοῦ: εἰς τὸ πρὸς αὐτοὺς iidem;
14,2 μέτεισι: μετῄει Hier. Saba 141, Const. ἁγ. τριάδ. 83, Mosqu. 361, Ath. Esphig. 15 cum Rom. Vall. C 34: μετίει Vat. 866: μετείη Par. 1545;
14,3 αὐτὸν om cum Neapolitano gr. C II 26, de quo cf. infra p. CXXIII;
14,5 ὅθεν: ὡς οὐ (id est lectio facilior) iidem cum S, Rom. Ang. 70, de quo vide infra, Ath. Vat. 128, Vat. 2001, Hierosolymitano Patriarchiu 8;
20,24 ἐπελθὼν omnes;
23,17 γίνεται ante τοῖς coll, accedentibus Rom. Vall. C 34, Ath. Vat. 128;
23,21 post θεράποντος add δρᾶν, quod λέγεται pro δέχεται receperant iidem cum Rom. Vall. C 34, Ath. Vat. 128;
24,1 κελευομένου omnes cum E;

24,10 εἰκὸς - δυνάμεως: δύναμιν omnes accedente Ath. Vat. 128, sed Vat. 866 add post νοῆσαι (sic) χρή;
25,15 ὀλιγοστῶν: ὀλίγων iidem cum Rom. Vall. C 34;
25,16 αὐτοῦ pr post πίστιν coll, accedit Rom. Vall. C 34.

Cognatione demonstrata iam quaeramus, quo modo inter se differant. non difficile erit intellectu constanter Patmensem 232 cum Hier. Saba 141, Const. ἁγ. τριάδ. 83 cum Mosqu. 361 eiusque apographo Ath. Esphig. 15 facere neque tamen ita, ut Patmensem et Constantinopolitanum sine cautione pro apographis habere liceat, Vat. autem 866 et Par. 1545 suo quemque modo suffragium tulisse:
7,18 τὸν σκοπὸν om Hier. Saba 141, Patm. 232;
10,4 ἐπεὶ κακεῖνοι (γὰρ om) Hier. Saba 141, Patm. 232 cum aliis familiis;
11,3 συγκειμένων Hier. Saba 141 (corr man rec fortasse saec XIII), Patm. 232 (i.e. manum rec Hier. Saba 141 non sequitur!), Const. ἁγ. τριάδ. 83, non Mosqu. 361 neque Ath. Esphig. 15!
6,16 ἔπαινός ἐστιν ἀληθής coll Hier. Saba 141: ἐστιν ἀληθὴς ἔπαινος Patm. 232;
7,6 αὐτὸς Hier. Saba 114 falso: αὐτῷ Patm. 232 cum aliis;
11,8 ἀποστραφεὶς Hier. Saba 141, Const. ἁγ. τριάδ. 83, Mosqu. 361, Ath. Esphig. 15 et plerique: ἐπιστραφεὶς Patm. 232 cum S E aliisque;
4,16 τοιαύτη Hier. Saba 141, Patm. 232 et multi alii: τοσαύτη Vat. 866, Const. ἁγ. τριάδ. 83, Mosqu. 361, Ath. Esphig. 15 et alii;
4,8 ἐκ θαλάσσης Vat. 866, Const. ἁγ. τριάδ. 83, Mosqu. 361, Ath. Esphig. 15 et plerique: ἐν θαλάσσῃ Hier. Saba 141, Patm. 232 cum Vaticano gr. 806, E, S, aliis;
4,19 θαυμάτων Vat. 866, Const. ἁγ. τριάδ. 83, Mosqu. 361, Ath. Esphig. 15 et plerique: πραγμάτων Hier. Saba 141, Patm. 232, alii;
7,1 ἐπωνυμίαν: ἐπώνυμον falso Vat. 866, Patm. 232, Const. ἁγ. τριάδ. 83, Mosqu. 361, Ath. Esphig. 15 cum Hier. Patr. 8, Escorialensi gr. Y III 16, Neap. II C 26;
10,1 πιστὸν: πλεῖστον falso Hier. Saba 141, Patm. 232 cum ש$_1$ ב;
11,29 τῆς ἡδονῆς falso Vat. 866, Par. 1545, Const. ἁγ. τριάδ. 83, Mosqu. 361, Ath. Esphig. 15 et Hier. Patr. 8;
24,5-6 καὶ alt - μετετάξατο om Hier. Saba 141, Par. 1545 conspirantes cum Vind. hist. 11, Brux. IV 322 familiae ש$_1$!

ש$_3$

Congruunt autem Const. ἁγ. τριάδ. 83, Mosqu. 361 et Ath. Esphig. 15 non raro cum tribus codicibus, quos signo ש$_3$ comprehendo. sunt codices manuscripti Hierosolymitanus Patriarchiu 8 eiusque, quod omnibus rebus par est, apographon Parisinus gr. 635 et Escorialensis gr.

Falso om omnes sex 3,7 χρῆναι (add in mg ead man Const. ἁγ. τριάδ. 83 χρείαν εἶναι);
3,11 om καὶ pr (add man rec in Ath. Esphig. 15); levi errore scripserunt 3,12 αὐτῆς;
4,1 ὃς pro οἷος;
5,21 ἀπωκισθέντες (excepto Escr. Y III 16);
6,4 λόγος pro νόμος (sine Escor. Y III 16).

$\mathfrak{W}_3$ propius quam $\mathfrak{Y}$ a $\mathfrak{W}_1$ stare videtur itaque cum illis fidelius memoriam $\mathfrak{W}$ testari, cf. 4,10 οἶμαι δεῖν om, sed post σπουδῆς add εἶναι χρὴ iidem sex cum $\mathfrak{W}_1$. quod autem $\mathfrak{W}_1$ omisit ἑκατέροις, in propatulo est in $\mathfrak{W}$ illud εἶναι χρὴ supra ἑκατέροις scriptum a $\mathfrak{W}_1$ ut correcturam vocis ἑκατέροις in textum receptum esse.
4,14 τε om iidem et $\mathfrak{W}_1$;
5,3 καὶ γένος om cum $\mathfrak{W}_1$, E, Ath. Vat. 58, Ath. Vat. 128;
6,2 ἐστι om cum $\mathfrak{W}_1$ S, Λ;
6,3 μήτε: μὴ iidem cum $\mathfrak{W}_1$;
6,1 τοιαῦτα: τοσαῦτα iidem et $\mathfrak{W}_1$, id est $\mathfrak{W}$. scriba exemplaris $\mathfrak{W}$ codice litteris maiusculis scripto usus facile TOC pro TOI legere potuit.

Medium igitur locum tenent Const. ἁγ. τριάδ. 83, Mosqu. 361 et Ath. Esphig. 15 inter $\mathfrak{Y}$ et $\mathfrak{W}_3$. ubi autem $\mathfrak{Y}$ vel $\mathfrak{W}_3$ vel utrique contra $\mathfrak{W}_1$ faciunt, imbuti sunt memoria ω_1, praecipue אלה eorumque asseclarum, de quibus vide infra p. CXI sqq.

Eiusdem generis ab hyparchetypo $\mathfrak{W}$ orti, sed e memoria ω_1 contaminati sunt nonnulli codices, qui inter se artiore cognationis vinculo non coniunguntur. sunt autem Mosquensis gr. 384, Sinaiticus gr. 503, Lesbiacus Ioannu 7, Athous Vatopediu 128, Patmensis 234, Vaticanus gr. 2001 scilicet priusquam correctus est, de qua re cf. supra p. XCVI[1].

Ex iis, quae modo explicavi, satis probatum puto, qua de causa exemplum familiae $\mathfrak{W}_1$, codicem V^c, in apparatum receperim, quo memoria hyparchetypi $\mathfrak{W}$ repraesentetur.

Conclusio

Omnes autem, quos adhuc tractavi, codices vel codicum familias eidem auctori atque parenti vindicandos esse nunc demonstrare conabor. quae res quamquam lubrica videtur, propterea, quod textus, ubi dubitari potuit, iterum iterumque contaminabatur et coniecturis vexabatur, tamen est, unde per codicum memoriam velut in codice palimpsesto litteras pristinas prototypon ω_2, ut ita dicam, vetustissimum perlucere videas. sed, priusquam testimonia afferam, codices de quibus agetur, tibi, benevole lector, in memoriam revocabo. cum singuli non nominantur, omnes dico consentire, cum pars testium producuntur, de ceteris argumentum quod e silentio appellatur, valebit. at ne sis oblitus, cuius rei te admonui supra p. XC! agetur de S, Λ, Ven. Marc. 349, שב et de asseclis familiarum שב. iam vide testimonia:

[1] accedit, ni fallor, Cantabrigensis Universitatis Additional 7593, in quo fol. 1-1v fragmentum solum Vitae Thaumaturgi exstat (21,23 τὰ]ς ἀποδείξεις - 23,22 ὡς οὐ[κ).

19,4 praebent additamentum theologicum οὔτε ηὐξήθη μονὰς εἰς δυάδα καὶ δυὰς εἰς τριάδα conspirante formula confessionis Syriaca, de qua vide conspectum siglorum.

Neque menda deerant in ω_2, cf. exempli gratia
12,6 μεῖζον εἰς ἐγκωμίων: μειζόνων ἐγκωμίων $\mathfrak{W}_1$ Λ, Ven. Marc. 349, ב, Patm. 234, Mosqu. 384, Sin. 503: ἐγκωμίων μειζόνων S. res sic facile explicatur: εἰς in ω_2 omissum erat, damnum sarciverunt coniectura ii, quos enumeravi. reliqui aut e $\mathfrak{W}_2$ correcto hauserunt velut $\mathfrak{W}_3$ $\mathfrak{Y}$ aut e memoria aliunde contaminata;
12,16 τῷ νέῳ omnes praeter Sin. 503 et Lesb. Ioan. 7, id est ω_2, fortasse e coniectura, postquam τῇ ὥρᾳ excidit in archetypo ω_2;
16,16 καθ' ὕπαρ corruptum erat in καθύπερ ut in Ω. quod mendum in peius vertit $\mathfrak{Y}$ scribendo καθάπερ, sanare temptaverunt per κατ' ὄναρ $\mathfrak{W}_1$ S Λ, Ven. Marc. 349, ב, Vat. 2001, Patm. 234, Mosqu. 384, Lesb. Ioan. 7, Ath. Vat. 128, Sin. 503: rectum sagaciter restituerunt $\mathfrak{W}_3$ Vat. 866, Const. ἁγ. τριάδ. 83, Mosqu. 361, Ath. Esphig. 15;
24,6 παρά: ὑπὸ omnes praeter $\mathfrak{Y}$, qui παρὰ om ideoque τοῦ δούλου in τῷ δούλῳ mutavit. παρὰ iam in ω_2 dubium erat, fortasse exciderat. item
24,13 ἐκεῖνος scilicet in ω_2 omissum om omnes praeter Λ, Ven. Marc. 349, qui pro omisso suppleverunt οὗτος;
22,15 δι' ὀλίγου falso omnes praeter Patm. 234, Mosqu. 384, Lesb. Ioan. 7, Sin. 503;
23,16 θείας falso in ἀληθείας mutavisse videtur ω_2, quod emendaverunt addito καὶ S, scribendo ἀληθινῆς $\mathfrak{W}_1$ ב Λ, Ven. Marc. 349, Patm. 234, Mosqu. 384, Ath. Vat. 128, Sin. 503. rectum praebent $\mathfrak{Y}$ $\mathfrak{W}_3$ Vat. 2001;
37,1 κρίσει inepte ad LXX in χρίσει mutatum exhibent omnes praeter $\mathfrak{W}_3$ $\mathfrak{Y}$, Lesb. Ioan. 7;
53,7 θεογνωσίας: πίστεως (fortasse e lin. 9 huc irrepsit) omnes praeter Λ, Ven. Marc. 349, Ath. Vat. 128, Lesb. Ioan. 7, Sin. 503; sed non modo in ω_2 hic error irrepsit, sed etiam in exemplar pervetustum aliud, cuius vestigia servaverunt O, Vat. 806, Par. 534, Med. Ambr. D 92 sup, de quibus infra agam. est ergo error vetustissimus.

Quae res monet, ut ad ingenium archetypi ω_2 indagandum non modo ad errores, in quos inciderit, spectemus, sed etiam locorum mentionem faciamus, ubi quamquam memoria vacillabat, hi codices sive omnes sive plerique congruunt.

16,21 πεφηνέναι αὐτῷ: πεμφθῆναι αὐτὸν omnes praeter $\mathfrak{W}_3$ $\mathfrak{Y}$, sed Hier. Saba 141 utrumque commiscuit in πεμφθῆναι (e corr) αὐτῷ;

20,18 τίς δὲ ὁ τρόπος om omnes praeter Lesb. Ioan. 7, Sin. 503, unde ω_2 verba τίς δὲ ὁ τρόπος pro titulo marginali habuisse constat;

31,20 a verbo ἀνεῖσθαι omnes abhorruerunt praeter Lesb. Ioan. 7: ἀνέστη S, Const. ἁγ. τριάδ. 83, Mosqu. 361, Ath. Esphig. 15, Vat. 2001, Patm. 234, Ath. Vat. 128, Sin. 503: ἄνεισι $\mathfrak{W}_1$ $\mathfrak{W}_3$ $\mathfrak{Y}$ Λ, Ven. Marc. 349, ב, Mosqu. 384. si quid coniectare licet, ἀνεῖται iam priusquam ad archetypum ω_2 pervenit, in ANEITE vel simile corruptum esse dixerim.

Etiam glossas, scilicet intra lineas scriptas in ω_2, in textum receptas hic illic manifestum est:

10,11 ἀσύμφωνον in textum receperunt omnes praeter $\mathfrak{W}_3$ $\mathfrak{Y}$ Lesb. Ioan. 7, sed tam variis locis, ut librarios dubitavisse appareat;

15,10 μᾶλλον add, fortasse ut melius ad 14,11 quadraret, omnes praeter Patm. 234 et Mosqu. 384;

28,5 quod ὁρμῇ καὶ συνεργίᾳ κρείττονι voce δυνάμει mutaverunt V^c, S. Par. Coisl. 105, Par. Coisl. 368, Par. 1539, Vind. hist. 11, id est $\mathfrak{W}_1$, accedentibus O, Vat. 806, non dubito, quin glossa δυνάμει iam antiquissimis temporibus ut in ω_2 sic in alia exemplaria irrepserit.

Haud scio, an pro glossa habenda sint verba τῆς εὐχῆς τοῦ ἁγίου τὴν ἐνέργειαν, quae post μαρτυρούμενον 32,9 inseruerunt $\mathfrak{W}_1$ ב accedente O. certe scriba aut intra lineas aut in margine archetypi ω_2 adscripserat.

Item 4,1 διὰ τῆς μνήμης sic adscripsit, ut de collocatione verborum dubitaretur. collocaverunt enim ante τοῖς παροῦσι $\mathfrak{W}_1$, S, Ven. Marc. 349, Vat. 2001, Lesb. Ioan. 7, Sin. 503, Athen. 2470 (familiae ב), om Λ, post τοῖς παροῦσι coll cett.

21,5 κατὰ τὸν ὄρθρον iteratum (cf. lin. 4) om e coniectura omnes, id est ω_2.

Restat, ut breviter comprehendamus, quid emolumenti adhuc fecerimus.

Erant in memoria ω_2 iam ab initio quidam errores vel omissiones neque deerant glossae et variae lectiones, quibus codicum familiae vel singuli codices imbuti sunt. sed maximi momenti sunt additamentum 19,4 et ille symboli versus 18,17, ubi codices ab ω_2 alieni, i.e. generis ω_1, de quo iam agetur, post αἰτία exhibent πηγὴ (ἁγία), cuius lectionis testis gravissimus est Ioannes Damascenus, qui symboli Gregorii Thaumaturgi mentionem fecit in libro, qui inscribitur De trinitate. obstat autem, quominus de loco sine cautione disseramus, quod editionem criticam Damasceni nondum habemus. sed Ioannes Maria Hoeck, reverendissimus abbas monasterii, cui nomen est Scheyern, benigniter mecum communicavit, collationes Damasceni edendi gratia adhuc factas

nihil continere novi.[1] si quidem codices generis ω_1 una cum Damesceno ab origine communi repetendi sunt, memoriae ramus ω_1 iam saeculo VII a trunco declinavisse videtur. cui opinioni Hermannus Langerbeck GNO VI p. XXX succurrit, qui archetypum familiae, cui S et Λ addicendi sunt, saeculo quinto vel sexto attribuit. sive ω_1 et ω_2 re vera duo codices fuisse imagineris sive pro signis memoriae diffissae habeas, certe textum iam illis remotis saeculis varium fuisse apparet.

E testibus memoriae ω_2 maximam familiae $\mathfrak{W}_1$ fidem habeo, praecipue cum S vel Λ accedunt. codicis S pietatem in hac oratione pluris aestimo quam Λ.

Tanta denique lectionum copia excussa atque perquisita non displicebit stemmatis forma oculis proponere quo modo codices inter se cohaerere putamus.



[1] cf. et J. M. Hoeck, Stand und Aufgaben der Damaskenosforschung. Orientalia Christ. Period. 17, 1951, p. 19.

De memoria ω_1

De O eiusque asseclis, id est Ϸ

A recensione docta profectus est ille celeberrimus codex Monacensis gr. 370 = O iam persaepe laudatus. ab eo vel eius gemello descripti sunt Monacensis gr. 107 et Matritensis 4864, proxime accedunt Parisini gr. 585 et 586, sed in marginibus addiderunt lectiones varias, unde utrumque e diversis fontibus hausisse apparet. quorum de cognatione, quae editores alii docuerunt, cum mihi prorsus probentur, ea multis exemplis allatis de integro fusius disserere supersedi et paucis de indole codicis O absolvam.

Ubi lectiones variae permixtae atque confusae erant, aut verum cf. 11,26 aut verisimile exhibet, cf. apparatum ad e.g. 22,23-23,1; 37,21. est quoque, ubi excellat praeter ceteros lectionibus singularibus, quae quidem hic illic glossas sapiunt, cf. 10,17; 10,24; 39,20; 46,25. theologo haesitanti debemus illud οἷόν τι 24,11. quamquam e memoria ω_2 ortus non est, ex ea recepit, quae ei ut magis perspicua placuerunt; hac in re O non raro cum S conspirare praecipue in parte orationis posteriore (a p. 22 fere) dignum est, quod animadvertatur.

Simillimi generis atque O est Vaticanus gr. 806. cum eo congruit 16,16; 22,17; 26,12; 32,9; 33,9; 35,15; 35,17.18; 38,9; 43,18; 43,10; 46,25; 53,7; neque tamen desunt loci, ubi Vat. 806 arbitrio suo ab O discedit, cf. exempli gratia

3,7 χρῆναι O: χρείαν εἶναι Vat. 806 ut EΩUX^a;
3,9 post συμμαχίαν add ἐμοὶ Vat. 806 cum V^cSΩ;
3,16 ante τὸν add ἐκεῖνον Vat. 806 velut Λ;
4,8 ἐκ θαλάσσης O: ἐν θαλάττῃ Vat. 806 ut E.

Quibus rebus perspectis non dubito, quin O et Vat. 806 descripti sint ab eodem codice, cuius textus a viro docto emendatus et variis lectionibus auctus erat.

Videas licet infra p. CIX

De stirpe E

A multa antiquitate memoriam textus hausit Vaticanus gr. 446 = E. descriptus esse videtur a scriba neglegenti ab exemplari recensionis vel potius editionis doctae, sed traditione corruptae.

Nonnulla litteris maiusculis male intellectis perperam scripsit: 25,15 ὁ λόγος τῶν ὄντων E pro ὀλιγοστῶν ὄντων; 24,7 τοσαύτη: τοιαύτη E; 8,17 ἀνόνητα: ἀνόητα E; 46,11 εὐνοίας: εὐποιίας E; 56,1 ἐφ' ὧν: σφῶν E.



Priscam rationem scribendi conservavit hic illic velut συνφθεγγόμενον et similia. sed velut forma navis diu in aquis versatae sub concharum et salis corio operta latet, ita textui E per longum temporis spatium a scriba imperito scribae imperitiori tradito atque corrupto subest opera viri docti, de cuius ingenio ex his iudicium facias exemplis:

11,28 ἐν ὑπερορίοις διάγων corruptum erat in ἐν ὑπερόριος διάγων, quod emendavit E omissis ἐν et διάγων;
27,11 οἵστισιν in οἵστις vel simile corruptum fuisse puto, e quo E illud εἴ τις invenit;
13,3 ad normam grammaticam redegisse sibi videbatur interrogationem, item accusativum 46,22.

E glossis, quae in textum irrepserant, vel coniecturis ortae videntur lectiones E propriae 3,9; 6,1; 6,10-12; 7,17; 12,19; 14,11.

30,9 ὀργῇ, quod est in E solo, glossa fuisse videtur vocis θυμῷ, fortasse neglegentia supra vel iuxta νεότητι scripta.

Invicem, quod 5,12 tria verba, 25,16-17 octo verba om, ea pro glossis habuisse videtur.

Memoria vacillante aut verum aut veri simile saepe exhibet, cf. 6,4; 22,23-23,1. solus in textum recepit, quod scholium viri cuiusdam rerum Cappadociarum periti fuerat, 28,3. haesitantis cuiusdam theologi est omissio vocum ὕλη καὶ 24,11.

Haec satis sint, e quibus natura fontis E perspiciatur. erat codex ante transscriptionis aetatem exaratus, glossis et variis lectionibus instructus, coniecturis elaboratus, editio, ut ita dicam, antiqua, cuius testes alios non habemus, propterea, opinor, quod ille memoriae rivus, quem ex E cognovimus, praecipue in Asia fluebat. nam E olim monasterii τῶν Κελλιβάρων prope Miletum siti fuit; praeterea solus de templo Neocaesariensi notitiam 28,3 conservavit.

Ex E prognati sunt Vaticani Ottoboniani gr. 281 et 91 nec non Parisinus Ste. Geneviève 2753 idque eo modo, ut codicem Vat. Ott. 281 correctum a manu recentiore, nescio an Gerhardi Vossii (de quo vide infra p. CXXX sq), Vat. Ott. 91 descripserit. denique Par. Genev. 2753 ex Vat. Ott. 91 descriptus est.

3,5 ἡμετέρου: παρόντος omnes quattuor;
3,5 παρόντος; ἡμετέρου E, Vat. Ott. 91, Par. Genev. 2753: ὑμετέρου Vat. Ott. 281;
3,9 post βίῳ add ἔργῳ iidem;
4,10 τούτοις falso;
4,15 ἔχειν ἐθέλειν coll;
5,12 ἡ θεία φωνὴ om accedente Neap. II C 26;
5,18 τούτοις: αὐτῷ iidem;
6,1 ἔπαινον: λόγον iidem accedente Vat. 806;
6,10 ὁ ... βλέπων, ᾧ: τῷ ... βλέποντι iidem;
6,12 ante ὄνειδος add ὅθεν;
7,2 κατ' om;
8,8 ταύτην om;
8,9 πεποίητο iidem et Vat. 1989;
8,18 post πρώτης add εὐθὺς.

Emendationes manus recentioris Vat. Ott. 281 corrigentis sunt:
4,4 καλὸν: παρὸν E, Vat. Ott. 281, sed del et sscr καλὸν, quod est in Vat. Ott. 91 et Par. Genev. 2753;
5,20 ἣν: ἧς falso E, Vat. Ott. 281, sed adscr ἣν alia man, quam secuti sunt Vat. Ott. 91, Par. Genev. 2753;
6,21 μένομεν: μένοντες falso E, Vat. Ott. 281, in mg scr man alia μένομεν, quam secuti sunt Vat. Ott. 91, Par. Genev. 2753;
7,14 κοινῇ τοῦ ἔθνους χώρᾳ E, Vat. Ott. 281, sed linea subducta χώρα delendum significavit, in mg adscr κρισει. id est in Vat. Ott. 91, Par. Genev. 2753.

Textus Vitae Thaumaturgi quemadmodum in codice Vat. Ott. 91 invenitur, ad verbum (paucis mendis affectus) repetitur in codice Par. Genev. 2753: 8,12 ἁμαρτάνει, Vat. Ott. 91 recte scribit, sed virgula cum verbo ἁμαρτάνει ita coniunctum est, ut scriba textus Graeci Par. Genev. 2753 mendo necessario ἁμαρτάνειν scriberet. 4,4 pro συνεισφορὰ (E, Vat.

Ott. 281) inepte scribit Vat. Ott. 91 συμφορὰ, 12,13 pro δαίμονα ineptissime idem δαίμοναν, quae omnia et multa alia huiusce modi menda fideliter scriba textus Graeci Par. Genev. 2753 descripsit.

His exemplis conspicuum est non modo Vat. Ott. 281, Vat. Ott. 91 et Par. Genev. 2753 ex E prognatos esse, sed etiam codicis Vat. Ott. 281 memoriam correctam in librum Vat. Ott. 91 et inde in librum Par. Genev. 2753[1] fluxisse, quam rem schemate delineare libet:



De stirpe ה

Quattuor codices unum repraesentant exemplar, Vaticanus gr. 808 = Ω, Vindobonensis historicus gr. 5 = Ω^a, Parisinus gr. 1514, Atheniensis gr. 2808. contra ceteros enim conspirant
5,1 τὸν om;
5,23 τί....οἷα in concinniorem vertunt formam ποῖον.....ποῖα;
6,3 post εὐφημίας add τῶν ἐγκωμιαζόντων;
7,13 οἴεσθαι: οἰήσεται falso illi quattuor;
30,3-4 voces ἀπόλαυσιν et κατάκρισιν e constructione solutas addendo εἶναι sententiae aptaverunt;
35,6 τί falso om, corruptelam τοῖς retinuerunt;
36,1 adverbiale κατ' ἐκεῖνο interpretatus erat lector quidam doctus adscripto ἐκείνῳ τῷ καιρῷ. quod male intellexerunt posteriores κατ' ἐκείνῳ τῷ καιρῷ Ω^a, Par. 1514: κατ' ἐκεῖνο τῷ καιρῷ Ω;
38,12 (cf. app ad locum) λοιπῶν: πολλῶν falso iidem;
39,1 τὸ τοιοῦτον: τοῦτο;

[1] Liber Par. Genev. 2753 magna ex parte videtur autographus esse viri docti studiisque humanitatis dediti Petri Pantini Tiletani, qui suas "varias quasdam lectiones et coniecturas" textui Graeco Vitae Thaumaturgi (fol. 9-83, e Vat. Ott. 91 — ab alia manu, non ab sua — descripto) adiecit nec non textum Graecum in Latinum sermonem vertit (fol. 89-179, inc.: "Praesentis sermonis et huiusce vestrae congressionis unus finis eademque est ratio ..."). et ceterae partes huius codicis (cf. supra p. LXVIII) quadrant: Pantinus editionem bilinguem Vitae Thaumaturgi curavisse videtur. opus autem imperfectum reliquit. nam prelum subierunt Bruxellae in officina Rutgeri Velpii anno 1597 solum folium tituli ("Gregorii Nysseni oratio in laudem Gregorii, cognomento mirifici, Graeca, ex bibliotheca cardinalis Granvellani, Latina, ex translatione Petri Pantini Tiletani") et folia dedicationis ("Serenissimo cardinali Alberto, archiduci Austriae, ..."), quae sunt folia prima (1-4) codicis Par. Genev. 2753.

42,11 εἴχετο: ἤρχετο, fortasse, ut εἴχετο in ἤχετο corruptum emendaretur;
43,13 post λεγόμενον add τε καὶ γενόμενον;
44,5 ἀποστῆναι in ἀπέστησεν mutato orationem obliquam, quae incipit a λέγεται 43,23, interruperunt;
46,10 ἀλλήλοις in ἀλλήλων vel ἀλλήλους corruptum constructioni adaptaverunt coniciendo ἐχόντων pro ὄντων;
45,17 τὸ δεῖν om, fortasse quod ἢ supra scriptum, ut ante ἐξόμνυσθαι insereretur, pro varia lectione habebatur.

Haec satis sint, quibus memoriam illorum quattuor codicum non incultam ab uno fonte fluxisse probetur. sunt scilicet etiam inter illos differentiae lectionum, quas, cum ad dignoscendum fontem nihil conferant velut 7,16 post ἔρωτι add οὖν Ω, Athen. 2808; 6,7 τοῖς ἀνθρώποις om Ω, Athen. 2808 praetermitto. Ω^a autem erroribus et una omissione longius ab hyparchetypo ה discessit; cf. enim
13,11-12 ᾿Ωριγένης - λόγος om cum Par. 585 et Neap. II C 26, scil ne in hac oratione haeretici mentio fieret (cf. infra p. CXVIII);
40,4-5 λόγον post τινα add falso;
38,11 ante φιλόσοφος add καὶ falso accedentibus O, Med. Ambr. D 92 sup, v;
41,7 προβάλεται (sic!);
49,17 ἐπέχων: ἐπέγνω falso;
51,8 κατατολμῆσαι falso.

Silentio non praetereundum est codices stirpis ה alium alia continere, Par. 1514 vitas et martyria commixta, Ω menologium ante metam saeculi X compositum, Ω^a menologium saeculo IX exeunte divulgatum (cf. Ehrhard, l.c., I 1,480 et 491), unde omnium fons saeculo transscriptionis, i.e. IX, attribuendus esse videtur, nisi putes librarios, qui hos codices scripserunt, opera secundum ordines antiquos composuisse varios, at eandem textus recensionem emendatam adhibuisse. Ω in apparatum recepi propter aetatem et optimum statum servatum exceptis paginis 20,18-23,14, ubi Ω^a eius locum obtinet.

De familia ל

Maximi momenti et ad historiam textus illustrandam et ad textum constituendum sunt tres et viginti codices, de quibus nunc agendum est. dividuntur autem in duo genera: tres, quos iam ex aliis praefationibus bene novimus, Mediolanensem dico Ambrosianum gr. C 135 inf (M) et Vindobonensem theologicum gr. 42 (W) et Venetum Marcianum gr. 67 (K), continent opera Gregorii collecta, ceteri autem menologium Metaphrastae.

Sunt hi: Parisinus gr. 579 eiusque initium nunc in Parisino gr. 581 fol. 1-8 v asservatum, Parisinus gr. 693, Athous Dochiariu 5, Messanensis Sancti Salvatoris 69 = U, Escorialensis gr. R II 7, Taurinensis gr. C I 16, Hierosolymitanus Saba 170, Ferrarensis 321, Constantinopolitanus ἁγίας τριάδος 82, Andrius 91, Hierosolymitanus Saba 171, Athous Vatopediu 491, Athous Lavras Δ 71, Atheniensis gr. 2522, Athous Dochiariu 73, Athous Vatopediu 493, Athous Iviron 657, Athous Protatu 14 eiusque apographon Athous Protatu 43.

Plerumque cum iis facit Athous Lavras Ω 150 anni 1756, sed textum hic illic lectionibus familiae א contaminavit, de qua re cf. infra p. CXIX. hic illic accedunt Radingensis Douai et codex Meteoron μεταμορφώσεως 370. qui tres cum lectiones familiae ל exhibent, separatim eos producam. Radingensis Douai omnino fere lectionibus variis mendisque, quibus ab omnibus ceteris discrepat, cum libro Mosquensi 365 consentit, cuius textus quibusdam locis decurtatus est, quia scriba textum exemplaris hic illic sua lege tam eleganter conflavit, ut lacunam non deprehendas nisi collatis aliis testibus: e.g. 8,16 κἀκεῖνος: καὶ οὗτος, sed pergit hic verbis, quae in ceteris testibus 10,9 sequuntur: διὰ πάσης ἐλθὼν τῆς τῶν ῾Ελλήνων παιδεύσεως etc. cum spectas ad textum Vitae Thaumaturgi servatum in codice Sinaitico 524, cuius prima folia perierunt (cum his initium orationis usque ad 21,3), et in fragmento Meteor. 496, lectiones variae, quae sunt maximi momenti, congruunt saepe cum lectionibus propriis huius gregis ל.

Brevis esse possum de Vind. theol. 42. est enim hac quoque parte descriptus a Med. Ambr. C 135 inf^2, id est Med. Ambr. C 135 inf correcto a manu sive scribae sive alterius cuiusdam non multo recentioris, qui plus unum exemplum ad textum corrigendum adhibuisse ipse confitetur iuxta v 13,11-12, ubi scripsit in margine litteris maiusculis loco asteriscis signato ἐντυχὼν καὶ ἑτέροις παλαιοτάτοις ἀντιγράφοις οὐχ εὗρον ἐγκειμένους τοὺς ἠστερισμένους στίχους· ὡς δῆλον εἶναι τοὺς συντιθεμένους τοῖς δόγμασι τοῦ δυσσεβοῦς ὠριγένους τούτους ἐνθεῖναι. deest vero iste locus vituperatus in Ω^a, Neap. II C 26, de quo infra disputabo, Par. 585. num quid de ea re, e quibus fontibus hauserit Med. Ambr. C 135 inf^2, coniectare liceat, in fine huius capituli disseram. quae autem altera manus, multo recentior, Med. Ambr. C 135 inf^3, adscripsit, scribae Vind. theol. 42 nondum nota erant.

Ut Med. Ambr. C 135 inf^2, ita Ven. Marc. 67 vel eius exemplar e diversis fontibus hausisse videtur, quod e lectionibus variis hic illic adscriptis apparet, cf:
37,6 τὸν παρ' αὐτοῦ προβαλλόμενος, in mg adscr ead man τὸν παρ' ἑαυτῷ προβαλλόμενος;
37,9 κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς ψυχῆς ὑψηλότερον: in mg adscr ead man κατὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετήν;

37,21 ἀκρισίαν, sed sscr γρ κρίσιν;
40,15 συναρπαγῆναι, sed sscr -σθη- ead man;
47,13 ὑποχείριον: in mg γρ ὑπὸ χεῖρα;
51,23 μετασχηματισθέντος: in mg adscr ead man γρ -σκευασθέντος.

Quae cum ita sint, ne miratus sis, quod Ven. Marc. 67 in locorum indice, quo nunc codices, quos supra enumeravi, ab uno fonte repetendos esse demonstrabo, non semper a parte gregis sui stat. conspirant autem ceteri tali modo, ut non meris erroribus cognationem indicent, sed variis lectionibus communibus, quae plerumque pro glossis in textum receptis vel corruptelarum traditarum emendationibus habendae videntur. incipio a locis, quibus vix discernas, utra lectio melior sit:

14,4 ἐπ': ἐν omnes excepto Ath. Vat. 491. ante transscriptionis aetatem Π in N mutatum erat:
38,20 ἀφορμὴν post πολλοῖς (39,1) coll omnes praeter Ven. Marc. 67, accedit Rading. Douai;
40,21 πρωτεύειν: προτερεύειν omnes, sed Ven. Marc. 67 ita, ut πρωτεύειν in textum reciperet, sed supra scriberet προτερεύειν.

Faciliores diiudicatu sunt eae, quae subtilioris cuiusdam lectoris animi emendationes videntur:

38,20 φύσεως: σαρκὸς omnes praeter Ven. Marc. 67 qua scilicet voce notio naturae ad sermonem Novi Testamenti applicetur;
43,9 ante δυνάμεως add θείας omnes (acc. Ath. Lavr. Ω 150) praeter Ven. Marc. 67, scilicet ne Gregorius propria virtute miracula fecisse videatur;
46,16 τῇ φύσει om omnes praeter Ven. Marc. 67, Ath. Doch. 73, Ath. Vat. 493, scilicet quod cum natura pugnare absurdum esset.

Sed non modo quae doctrinae non satisfecerunt, verum etiam quae clarius eloqui posse sibi visus est, mutavit ille vir doctus, cf:

10,16 ἰατρικὴν: πρακτικὴν omnes accedente Meteor. 370, quae lectio, nisi errore oculorum orta est, nescio an sit interpretatio christiana vocis φιλοσοφίαν;
13,24 pro ἱκετηρίαν exhibent ἱκεσίαν prosae orationis magis proprium omnes (acc. Ath. Lavr. Ω 150) praeter Ferrar. 321, Ath. Vat. 491;
41,5 ἀγαθῶν: ἀρετῶν omnes praeter Ven. Marc. 67.

Nec non lectionem κρίσιν, quam exhibent omnes 37,21 pro ἀκρισίαν praeter Ven. Marc. 67, qui κρίσιν ut variam lectionem supra ἀκρισίαν scripsit, ab auctore huius recensionis inventam putarem, nisi O ἀκρίβειαν praeberet. qua re mihi persuasi vocem ἀκρισίαν in eo memoriae rivo, e quo et ל et פ hauserunt, corruptam ab utroque suo Marte sanatam esse.

Ad eam opinionem eo magis adductus sum, quod plus semel ל errores sanare temptavit, cf:

44,19 θυσιῶν: εἰδώλων U: θυσιῶν τῶν εἰδώλων Douai et Rading. Med. Ambr. C 135 inf: θυσιῶν εἰδώλων ceteri praeter. Ven Marc. 67. εἰδώλων postea erasum est in Ferrar. 321. nonne arridet εἰδώλων (fortasse e lin. 17) irrepsisse, θυσιῶν postea in mg vel supra additum esse, quod posteriores male intellexerunt?
50,25 γενόμενος: ὢν omnes fortasse e coniectura, scilicet postquam 50,25 γεγονὼς in γενόμενος mutatum est, ne γενόμενος iteraretur. quod, quamquam non accidit in Λ, E, tamen etiam illi cum ל 50,25 (ὢν pro γενόμενος) conspirant. γενόμενος autem glossam formae γεγονὼς aestimaverim, quae in memoria ל illud γεγονὼς suppressit;
51,18 iam antiquitus exciderat ἐν. inde μορφῇ mutandum erat. itaque scripserunt constructione mutata μορφαὶ ... ἐμπίπτουσαι ... ἐνηχοῦσαι ... προσεγγίζουσαι omnes praeter Ven. Marc. 67. falso Meteor. 370 μορφαὶ cum participiis nominativi neutrius generis commiscuit;
54,17-19 suo modo textum constituerunt scribentes θαυμαζέτω τῶν ἐντυγχανόντων τῷ λόγῳ μηδεὶς πρὸς τὴν οἰκονομίαν βλέπων etc. omnes praeter Ven. Marc. 67 et Const. ἁγ. τριάδ. 82, congruente Rading. Douai. dubium fuisse videtur verbum ἀπιστείτω non modo in exemplari hyparchetypi ל, sed etiam in ea memoriae parte, ad quam spectant Λ et E. Λ enim ἀπιστείτω alio loco collocavit, E omisit.

Ubi vero Med. Ambr. C 135 inf eiusque apographon Vind. theol. 42 cum Ven. Marc. 67 contra menologia conspirant, a propriis familiae ל lectionibus recedunt, cf:

6,4 ἐγκωμίων recte: ἐγκωμιαζομένων menologia et Ath. Lavr. Ω 150;
39,22 δι' ἑαυτῆς: πρὸς ἑαυτὴν menologia et Ath. Lavr. Ω 150;
40,18 ῥήτορος Med. Ambr. C 135 inf, Ven. Marc. 67 et Ath. Lavr. Ω 150: ῥητοῦ menologia praeter Const. ἁγ. τριάδ. 82, corr. Ath. Doch. 5.

Contra plerosque 12,16-17 ἀνθρώπων οὐδεὶς post μάρτυς lin. 16 coll Med. Ambr. C 135 inf, Vind. theol. 42, Ven. Marc. 67 cum Med. Ambr. A 180 sup et Flor. Laur. plut. 7.25, de quibus infra agam.

Quid autem, cum Med. Ambr. C 135 inf² spectamus? correxit menda:

6,3 ταύτης Med. Ambr. C 135 inf et menologia, Ath. Lavr. Ω 150 accedente O: ταῦτα recte Med. Ambr. C 135 inf² et Ven. Marc. 67. item
51,7 μηδενὸς falso Med. Ambr. C 135 inf et menologia: μηδένα recte Med. Ambr. C 135 inf² et Ven. Marc. 67 accedente Ath. Lavr. Ω 150;
4,25 ἐφόδοις Med. Ambr. C 135 inf accedente Ath. Lavr. Ω 150: μεθόδοις Med. Ambr. C 135 inf² cum Hier. Saba 141, Patm. 232 (de quibus cf. supra p. CII sq), Med. Ambr. A 180 sup, lectio scilicet tritior;
6,3 ἀποκλείει Med. Ambr. C 135 inf et menologia, Ath. Lavr. Ω 150: ἀποκρίνει Med. Ambr. C 135 inf² et Ven. Marc. 67;

9,12 ante εἰ add ὡς Med. Ambr. C 135 inf^2 et Ven. Marc. 67 cum Med. Ambr. A 180 sup et aliis paucis recentioribus;
11,8 ἀποστραφεὶς: ἐπιστραφεὶς Med. Ambr. C 135 inf^2 cum S E, Med. Ambr. A 180 sup, Ath. Lavr. Ω 150 aliisque;
12,5 ante τί add καὶ omnes familiae ל acc. Ath. Lavr. Ω 150 et O aliique: eras Med. Ambr. C 135 inf^2; om Vind. theol. 42, qui ut hic, ita omnibus, quos enumeravi locis, cum Med. Ambr. C 135 inf^2 congruit;
29,21 post τὸν ἄλλον add ὁ ἕτερος e coniectura opinor Med. Ambr. C 135 inf^2 et Ven. Marc. 67, Ath. Lavr. Ω 150 conspirantes cum E;
14,22 Med. Ambr. C 135 inf^2 ipse in mendum incidit: γαμετὴν solus.

Quod vero magis miratus sum: bis Med. Ambr. C 135 inf^2 Med. Ambr. C 135 inf cum Ven. Marc. 67 a grege aberrantem quasi in stabulum reduxit. correxit enim 39,22 δι' ἑαυτῆς in πρὸς ἑαυτὴν (falso!); 40,18 ῥήτορος in ῥητοῦ, quod praeter ל exhibet O. praesto igitur scribae Med. Ambr. C 135 inf^2 varii generis erant exemplaria varia, in his codex ille familiae ל, quo Med. Ambr. C 135 inf imprimis usus, quo etiam Ven. Marc. 67 praecipue nixus est.

Silentio non transeam, quod manus recentior, alia atque Med. Ambr. C 135 inf^2, ut mihi videtur, ad 6,4 signo ·/. post λήρους inserto in margine adscripsit: ἐκ τῶν ἐγκωμιαζομένων. textui enim eadem verba eodem loco solus Ven. Marc. 67 inseruit.

Iam tempus est colligendi, quae ratio inter codices familiae ל intercedat. primum apparuit Ven. Marc. 67 textum contaminatum exhibere, deinde Med. Ambr. C 135 inf iterum atque saepius contra lectiones proprias ל, quas menologia tradunt, suffragium tulisse, menologia mirum in modum congruere, ut ab eodem origine, uno codice corpus Metaphrastae continente, saeculo opinor X exeunte vel XI ineunte exarato, repetenda esse videantur: ל$_2$. fluxit autem illa menologiorum memoria ex eodem fonte, e quo illi hauserunt, quorum operae collectiones operum Gregorii debemus in Med. Ambr. C 135 inf et Ven. Marc. 67 traditas. cum vero Med. Ambr. C 135 inf, Ven. Marc. 67 a menologiis discordant ex eo, quod supra dixi, codices Gregorii opera continentes textum minus sincerum praebere manifestum est. e menologiis codex U summa diligentia scriptus neque mutilus neque contaminatus exemplaris ל testis erit in matissa critica. quamquam plus semel in suspenso relinquemus, quid illud tradiderit, cf:
20,1 ἐκ παιδοτρίβου Hier. Saba 170, Hier. Saba 171, Ath. Lavr. Ω 150: ἐν παιδοτρίβου Ven. Marc. 67, Ath. Doch. 5, U, Ath. Vat. 491, Ath. Doch. 73, Ath. Prot. 14, Ath. Prot. 43, accedit Meteor. 370: ἐμπαιδοτρίβου Med. Ambr. C 135 inf^2, Par. 693, Escor. R II 7, Ferrar. 321

e correctura, Const. ἁγ. τριάδ. 82, Athen. 2522, Ath. Vat. 493, accedit Rading. Douai;
30,2-4 τὸ μὲν ... παραμένει ..., τῶν δὲ ... ἀπόλαυσιν Par. 579, Hier. Saba 170, Par. 693 (sed corr ead man in παραμένειν et post κατάκρισιν add εἶναι), Hier. Saba 171, Ath. Vat. 491, Athen. 2522, Ath. Vat. 493, Ath. Ivir. 657, Ath. Prot. 14, Ath. Prot. 43, U, Escor. R II 7: τὸ μὲν ... παραμένειν ..., τῶν δὲ ... ἀπόλαυσιν Ath. Doch. 5, Const. ἁγ. τριάδ. 82, Ath. Lavr. Ω 150: τὸ μὲν ... παραμένει ..., τὸ δὲ ... ἀπόλαυσιν Meteor. 370 Rading. Douai (add ἔχει post κατάκρισιν): τὸ μὲν ... διαμένει ..., τῶν δὲ ... ἀπόλαυσιν Ath. Doch. 73: τὸ μὲν ... παράμενει ..., om verba τῶν δὲ ... ἀπόλαυσιν Med. Ambr. C 135 inf, Ven. Marc. 67;



38,12 post ἐγνώρισε add ea 11 verba (cf. apparatum ad locum) Ven. Marc. 67, quae post εὐκληρίας add cett (ad O!) comitantibus Rading. Douai et Meteor. 370 praeter Ath. Doch. 5 et Hier. Saba 170; eodem loco Par. 579 add ea 15 verba, quae familia ח et E post ἐγνώρισε;
45,23 παρασκευὴ plerique: κατασκευὴ Med. Ambr. C 135 inf, Ath. Doch. 5, Ath. Lavr. Ω 150.

Conturbationis causam aliam excogitare non possum nisi textum exemplaris lectionibus variis, correcturis, additamentis variarum manuum ita vexatum, uti nonnullis locis vix legi et intellegi posset. qua re opinio nostra magis confirmatur memoriam familiae ל a viro docto vel potius monachis doctis, qui sive Gregorio sive patrum homiliarum thesauro conservando et sincere tradendo se dederunt, recensitam atque emendatam esse. eorum studio tribuenda puto, quae Med. Ambr. C 135 inf[2] de Gregorii orthodoxia dubitans ad 13,11-12 adnotavit vel potius adnotatum tradit; cf. supra p. CXIII. disputabatur enim de locis Gregorianis Origenem spirantibus saeculo VIII, cuius rei vestigia nobis tradiderunt codices O et Med. Ambr. C 135 inf et Vat. 1433, de quibus cf. tom. IX huius editionis p. 15sq. Germanus I patriarcha († 730) tales locos a posterioribus maligne insertos esse dixit, ut doctrina falsa nomine Gregorii fulciretur; cf. Photii cod. 233.

Stemmatis imaginem vide p. CXVII.

De familia א

Mirum in modum congruunt duo et viginti menologia Metaphrastae non modo locis memoria vacillante dubiis sed etiam lectionibus propriis, quas soli exhibent. sunt autem Athous Dochiariu 4, Athous Vatopediu 496, Athous Pantokratoros 20, Mosquensis gr. 362, Constantinopolitanus ἁγίας τριάδος 85, Atheniensis gr. 977, Oxoniensis Bodleianus Holkhamianus 16, Patmenses 231 et 235, Parisini gr. 1020, 1513, 1525, 1530, 1549, Veneti Marciani gr. 352 et VII 53, Neapolitanus gr. II C 29, Vaticanus gr. 1596 = X[a], Genuensis Missionis Urbanae 36, Vaticanus Barberinianus gr. 563, Monacenses gr. 179 et 534. cum his tam saepe facit Parisinus gr. 503, ut, etsi variam duxit memoriam, quod inter omnes editores constat, in Vita Thaumaturgi describenda ab exemplari huius gregis maxime imbutus esse videatur. nec non est, ubi Athous Lavras Ω 150 ex hoc fonte hauserit, de quo cf. p. CXIII.

Congruunt omnes, quos enumeravi, contra ceteros his lectionibus variis:

5,15 συναναμιγνύμεναι accedentibus Patm. 234 et Med. Ambr. D 92 sup;
7,25 συντελεῖ omnes praeter Par. 503;
12,7 καὶ om praeter Vat. Barb. 563;

35,4 τοῦ: καὶ omnes accedente E praeter Par. 503 et Ath. Doch. 4, qui utrumque omisit, postea καὶ suprascripsit;
40,11 καὶ - λέγοντος om et post ταύτας lin. 12 ἀκούσαντα add omnes praeter Par. 503 et Ath. Vat. 496;
40,12 om εἶναι ταύτας Ath. Pantokr. 20, om εἶναι Ox. Holkh. 16, Athen. 977, Const. ἁγ. τριάδ. 85. videtur vox ἀκούσαντα in exemplari א sic suprascripta fuisse, ut pro varia lectione aut vocis εἶναι aut vocum εἶναι ταύτας a librariis quibusdam haberetur;
41,20 βλέπειν: ἐπαρκεῖν omnes accedente Ath. Lavr. Ω 150 (Par. 1020 ἐπασκεῖν). addidit in margine manus recentior codicis Mon. 179 γρ βλέπειν;
42,9 καὶ τὰ τοιαῦτα om;
42,26 δείξας omnes;
43,1 pro ἢ praebent καὶ omnes;
44,22 κατὰ σπουδὴν om praeter Par. 503 et Ath. Doch. 4 accedente E. correxit manus recentior in codice Mon. 179;
45,9 προσκυνοῦντας: ἐπιβοωμένους omnes praeter Par. 503 et Ath. Doch. 4 accedente Ath. Lavr. Ω 150;
45,22 μόνον post φοβερὰ praeter Ath. Doch. 4 et Par. 503 omnes collocaverunt.

Sed maioris momenti sunt errores, quibus illi coniunguntur. cf:

32,15 ante διὰ add τῆς φορᾶς inepte accedentibus E et Ath. Lavr. Ω 150 praeter Ven. Marc. 352, qui scripserat φοβερᾶς, sed βε erasit;
33,9 γάρ: δὲ omnes praeter Vat. Barb. 563;
34,7 ἂν om praeter Vat. Barb. 563 et Par. 503;
38,11 ἐληλυθέναι falso. correxerunt manus recentiores in Par. 1513 et Mon. 179.

At tamen ne minoris aestimaveris gregis, ut ita dicam, patrem. errores rari sunt. praeterea quod iam supra ad 40,11 et 12 notavimus, aliis exemplis confirmari potest, correctorem aut correctores supra ea, quae falsa vel peiora videbantur, lectiones probatas scripsisse. num corrector idem fuerit atque is, qui textum descripsit, ignoramus, sed ita verba adscripsisse videtur ut posteriores dubitaverint, quae profecto tradi voluisset. cf:

38,17 ὑποκρυπτόμενος Par. 503, 1525, 1549, Ath. Lavr. Ω 150: ὑποδυόμενος Par. 1513, Mon. 534: ὑποκρινόμενος ceteri, sed corr man rec in ὑποκρυπτ- Par. 1020;
50,2 αὐτοῦ Par. 1020, Ven. Marc. 352 et VII 53, Ath. Doch. 4, Mosqu. 362, Ath. Lavr. Ω 150: αὐτῷ Par. 1549, 1525, Ath. Pantokr. 20: αὐτῶν ceteri falso (corr Mon. 179[2]), quod primum scriptum fuisse puto;
50,16 γνῶναι: θεάσασθαι Par. 1020, 1513, 1530, Ven. Marc. 352, Mon. 179: ἰδεῖν ceteri praeter Ath. Doch. 4, quod glossas sapit, item 37,17, ubi post τινα add καὶ τῆς τοιαύτης πόλεως ἄρχειν omnes;

39,16 ἠμφιεσμένον omnes;

40,16 προσώπων omnes, quod etiam Med. Ambr. D 92 sup et Par. 1545 exhibent, glossa scil vocis προεχόντων. rursus Mon. 179^2 add in mg γρ προεχόντων;

42,15 τοῦ δέ γε τρανοτέρᾳ omnes praeter Ath. Doch. 4, Par. 503, corr man rec Par. 1513. exemplar E quoque vocem γεγονωτέρᾳ interpretatum est scribendo μειζοτέρᾳ.

In coniecturis numeraverim 39,10 illud ἔχων omnium praeter Ven. Marc. 352. corr man rec in Ven. Marc. VII 53, in mg γρ ἐκ τῶν ἐν χ. adscr Mon. 179^2;

54,15 post εἶναι add νενόμικεν omnes.

Ex iis, quae supra de singulis codicibus exposui, probatum iri spero, quod unum codicem diligenter scriptum numquam a memoria familiae suae aberrantem, Vaticanum 1596, testem exemplaris א in apparatum criticum recepi. hoc fere modo tibi ante oculos proponas, quae de familia א exposui:



Postremo praeter eos, quos supra memoravi, singulos testes memoriae ω_1 producam in pagina sequenti, quamquam suo Marte textum conflaverunt; hi sunt: Vaticanus gr. 1989, Vaticanus Palatinus gr. 17, Parisinus gr. 534, Mediolanensis Ambrosianus gr. D 92 sup, Mediolanensis Ambrosianus gr. A 180 sup.

Conclusio

Iam in rationem est inquirendum, quae inter diversa memoriae ω_1 testimonia intercesserit.

18,17 post αἰτία add πηγή O, καὶ πηγή Med. Ambr. D 92 sup, πηγὴ ἁγία אלה Vat. 1989, Vat. Pal. 17, Med. Ambr. A 180 sup, Sin. 503, Ioannes Damascenus (cf. apparatum ad locum et supra p. CVI). qua de causa haec in textum irrepserint (repugnant enim isocolis sequentibus), explicare possumus sic: primum ad αἰτία in margine scripta erat πηγή, quae deinde in textum irrepsit, ut fuerit αἰτία πηγή codicis O, nomina coniunxit καὶ intermisso exemplar Med. Ambr. D 92 sup. aliter auctor exemplaris, e quo hauserunt אלה Vat. 1989, Vat. Pal. 17, Med. Ambr. A 180 sup, Sin 503, Ioannes Damascenus, pro αἰτία πηγή vel πηγὴ αἰτία coniecit levi in litteris maiusculis correctura πηγὴ ἁγία, sed ita, ut vox αἰτία non plane deleretur. memoriae vacillantis testes sunt duo codices familiae Ψ_2 contaminatae. addidit enim inepte Par. 635 καὶ ante αἰτία omisso πηγή, omnia commiscuit Par. 1545 scribendo καὶ αἰτία πηγὴ ἁγία, unde manifestum est utramque vocem, αἰτία et πηγὴ in exemplari exstitisse addito incertum quo spectet καὶ, ut locus a scribis rei ignaris depravatus traderetur, lectio facilior eligeretur a peritis velut ab auctoribus memoriae E et ω_2.

12,17sq in margine scripserat aliquis glossam θεῖον γὰρ ὀφθαλμὸν τῶν γινομένων ἔφορον εἶχεν, quam in textum recepit E post γενόμενος (19), ut variam lectionem meliorem pro ἀλλὰ κἀκεῖνος πρὸς … βλέπων receperunt אל, Par. 534 distorsa constructione. qua male sanata scripserunt θεῖον … ἔχων Vat. Pal. 17, Hier. Saba 141 e correctura. glossam non receperunt O ה, Vat. 1989, Med. Ambr. D 92 sup, Med. Ambr. A 180 sup.

24,22 post ἄγων add inepte ὅπουπερ ἂν ἐθέλῃ καὶ ὅπου ἂν βούληται ל, Par. 534, Med. Ambr. D 92 sup; accedunt, sed ὅπου corr in ὅθεν O, E ה, ὅπου δ' (καὶ omisso) א, Vat. Pal. 17, Vat. 1989. ὅπου ἂν βούληται mihi varia lectio verborum ὅπουπερ ἂν ἐθέλῃ fuisse videtur. qua in textum ω_1 recepta locus totus arbitrio scribarum patebat.

22,23 τῶν εὐμεγεθῶν bene servaverunt אלה O, E, Vat. 1989, Vat. Pal. 17, Med. Ambr. D 92 sup, Sin. 503.

24,11-12 mirum istud theologumenon οὗ (scil. τοῦ θεοῦ) τὸ θέλημα ὕλη … τοῦ κόσμου ἐγένετο non tolerandum putabant auctores memoriae ω_1. itaque delevit ὕλη καὶ E, offensionem mitigaverunt scribendo οἷόν τι

ὕλῃ O eiusque asseclae, τῷ θελήματι אלה Sin. 503, Vat. Pal. 17, Vat. 1989, ע.

20,18sq contra ω_2 conspirant אלה Vat. 1989, Vat. Pal. 17, Med. Ambr. D 92 sup, Med. Ambr. A 180 sup, Par. 534, inter utrosque stant O, E eorumque asseclae, cf. supra p. CVI.

His locis excussis apparet primum exemplar ω_1 ab auctore docto antiquissimae aetatis repetendum esse, qui textum suo modo recensuerat et adnotationibus instruxerat, saeculis autem, quae inter eum et codices nostros intercesserunt, memoriae partem iterum iterumque emendationem subiisse, cuius rei testes sunt פ, E, אלה. at testes, quos appellavi solitarios, magis cum אלה quam cum פ, E quos recensiones sui generis esse supra probavi, faciunt ita, ut textus illis communis memoriam ω_1 integriorem nobis reddant. cuius rei demonstrandae causa iam plura פ E et אלה discrepantium exempla afferam:

20,24 παραχρῆμα: παρ' αὐτὰ falso אלה Vat. 1989, Med. Ambr. A 180 sup: παρὰ τὰ Vat. Pal. 17: παρ' εὐθὺ Hier. Saba 170 e coniectura ut videtur;

35,6 τούτοις corruptum fuisse puto in τοῖς, quod exhibet ה. corruptelam emendaverunt τοῖς omisso ל, coniciendo τοῖς τῶν προφητῶν θαύμασι א, inepte τοῖς τῶν προφητικῶν θαύμασι Par. 534. eadem corruptela etiam in ω_2 exstitit. nam ע, Lesb. Ioan. 7 (familiae $ש_2$!) scripserunt τοῖς, correxerunt in πρὸς τοῦτο Rom. Vall. C 34 et Ath. Vat. 128.

Lectionibus variantibus alteram secuti sunt פ et E, alteram אלה, ceteris sequentibus modo hos, modo illos, cf:

6,3 ἀποκλείει אלה et Vat. Pal. 17, accendentibus Vat. 866, Hier. Saba 141 stirpis ע: ἀποκρίνει ceteri;

12,2 καθημερινὴν אלה, Vat. 1989, Par. 534, accedentibus Hier. Saba 141, Patm. 232 familiae ע nec non Rom. Vall. C 34, de quo cf. p. CXXIV: καθ' ἡμέραν ceteri;

12,20 post ἱστορίας add ἐκείνης אלה, Vat. 1989, Vat. Pal. 17, Med. Ambr. D 92 sup nec non Arethas, cf. apparatum ad locum.

Glossas sapiunt lectiones

13,7 βίου: φρονήματος אלה Vat. Pal. 17, Med. Ambr. A 180 sup, Patm. 234: θελήματος Ath. Pantokr. 20, Athen. 977, Const. ἁγ. τριάδ. 85 familiae א;

13,7 φίλῳ: φιρμιλιανῷ אלה, adscr man rec in O γρ τῷ φιρμιλιανῷ;

28,16 λέγεσθαι: τελεῖσθαι (glossa verbi πράττεσθαι) אלה Vat. 1989, Vat. Pal. 17. accedit Sin. 503. glossa falso verbum λέγεσθαι suppressit.

50,16 ἰδεῖν אלה cum Sin. 503, θεάσασθαι Med. Ambr. D 92 sup pro γνῶναι receperunt.

Ut rem absolvam, stemmate illustrabo, quo modo textus traditio in

eum statum pervenire potuerit, quem in codicibus manuscriptis observavimus.



De codicibus incerti generis

Neutri codicum familiae attribui possunt codices nonnulli, quos iam breviter perstringam. sunt hi:

Neapolitanus gr. II C 26. multa perperam scripta sunt, nonnulla ab eadem manu correcta. iterum ac saepius partes textus non parvae omissae sunt velut 11,24 ἄξια - 12,5 ἀπελέγξαντα; 13,11 Ὠριγένης - 13,12 λόγος; 13,23 καίτοι - 14,2 βίον; 24,3 πρὸς - 24,12 ἐγένετο; 42,23 εἰ - 43,14 ἦν. lacunae illae mediis paginarum columnis exstant, unde manifestum est exemplar mutilatum fuisse. sed scriba Neapolitani, quamquam constructio et sententia male abruptae sunt, rem neglexit. itaque, quod

textus quidem sano iudicio ex utraque familia compositus est, auctori exemplaris, non scribae Neapolitani nostri laudi dandum est. dignae, quae citentur, sunt lectiones singulares 19,8 θεοπνεύστους; 31,17 παρά: ὑπέρ; 35,2-3 τὰς - οἰκισθῆναι: ποταμὸν δὲ τῇ γείτονι λυμαινόμενον χώρᾳ μηκέτι τοῦ λοιποῦ τοὺς οἰκείους ὑπερβαίνειν ὅρους fortasse e glossa.

Item origo Florentini Laurentiani plutei 7,25 difficilis explicatu est modo hunc, modo illum gregem prosequentis. hic illic contra ceteros vel cum Par. 1545 vel cum Par. 534 vel cum Med. Ambr. D 92 sup facit.

Tum, qua origine sit Mosquensis gr. 363, non liquet. qui enim modo memoriam ω_1, praecipue familiam ל, modo memoriam ω_2 sequitur, neque tamen ita, ut alteri familiae eum addici liceat.

Postremo Romanus Vallicellianus C 34 inter hos nominandus est, quem initio ad ב spectare supra demonstravi p. XCVII.

De historia textus

Si recte familias constituimus, haec dicere licet: codices non secundum ea, quae continent, in diversa quasi saepta discedunt. neque enim congruunt ii, qui opera Gregorii continent, contra eos, qui menologia vel vitas Sanctorum exhibent, neque ii, qui idem menologium tradunt, artioris cognationis vinculo coniunguntur. Metaphrastae menologium, ut hoc exemplo utar, per פ et ב et ש et ל ad nos pervenit. idem menologium continent codices diversi generis Vat. 1989 et Neap. II C 26. neque e regionibus, ubi scripti vel asservati sunt, de similitudine textus quicquam constat. provenerunt enim ex Italia meridionali testes tam dissimiles velut Vaticani 866, 1989, 2001, Med. Ambr. D 92 sup, e Cypro Parisini 579/581, 635, 1549, e monasterio τῶν Κελλιβάρων E et Rom. Ang. 70. praeterea non per omnia opera inter codices Gregorium continentes eadem ratio intercedit, sed aliter de propinquitate codicum S, E, Ven. Marc. 67, Med. Ambr. C 135 inf, O, Par. 503 iudicavit Ernestus Gebhardt GNO IX p. 182sq, 187sqq, aliter Andreas Spira ibid. p. 417sqq, 427sqq, aliter ego.

Suum singuli Gregorii libelli fatum habuisse videntur. sed quocumque modo ad alium ab alio per saecula transferebantur, interdum sive singuli sive una cum aliis in scriptorio monachorum doctorum collatione, recensione, emendatione ab erroribus scribarum purgabantur ita, ut nova exemplaria velut אב libros veteres plerumque mendosos et mutilatos, cuius generis exempla habemus E, Vat. Pal. 17, Neap. II C 26, Med. Ambr. D 92 sup, e publico depellerent. talibus scriptoriis Constantinopolim unice floruisse nemo nescit. eorum librarii docti varias lectiones, adnotationes, glossas tradiderunt. num nova invenerunt? equidem censeo variantia gravissima a prima orationis divulgandae aetate repetenda

esse. cuius rei iam exempla afferam: nam ubi omnes isti codicum ordines, quos supra delineavimus, conturbati atque commixti videntur, cum ad originem differentiarum ascenderis, habebis, unde explanes, qua via scribae in tot varias lectiones inciderint. ad quam rem demonstrandam ne perspicuitas copia siglorum obruatur, quoniam de lectionum varietate, non de distribuendis in familias codicibus agitur, gravissimos cuiusque lectionis testes dare satis habebo.

6,4 dubitabatur de ἐγκωμίων: ἐγκωμιαζομένων eiusque collocatione. fortasse τῶν ἐγκωμιαζομένων primum post εὐφημίας insertum est, postquam ταῦτα in ταύτης mutatum est lectionem ineptam; recte om ש, falso pro ἐγκωμίων receperunt in textum SΛ אל$_2$ה.

10,24 pro ἀκκιζόμενον variam lectionem haud spernendam λυγιζόμενον tradunt ש$_1$ ב, Patm. 234 (λογιζόμενον); lectionem tritiorem exhibet Med. Ambr. D 92 sup μαλακιζόμενον, quod Vat. 866 in margine glossae loco ad ἀκκιζόμενον adscripsit. haud scio an AKKI- et ΛYKI- praesertim litteris maiusculis scripta legentes varie acceperint.

De 16,16 iam supra p. CV egi.

22,23-23,3 ut quisque scripsit διά aut δίχα, ita sententiam construxit, cf. λίθον ... διὰ χειρὸς ... κινηθῆναι μὴ δυνάμενον ... μετατεθῆναι ω_2, E, ה (ante διὰ add καὶ): idem, sed μὴ δυνάμενον ante διὰ coll Vat. 1989: λίθον ... δίχα χειρὸς κινηθῆναι, διὰ δὲ ... O: λίθον ... μὴ διὰ χειρὸς κινηθῆναι, διὰ δὲ ... Med. Ambr. D 92 sup: λίθον ... μὴ κινούμενον δίχα χειρὸς ... διὰ μόνης ... μετατεθέντα ... μεταβῆναι אל, Vat. Pal. 17, Sin. 503. conferendum est et 53,7, de quo loco supra p. CV egi.

Glossas in textum irrepsisse censeo

6,1 ἔπαινον ש S, Λ, plerique ב ה O, Rom. Vall. C 34, Vat. 1989: λόγον E eiusque asseclae, Ath. Vat. 58, Vat. 806: κατάληψιν Med. Ambr. D 92 sup, Flor. Laur. plut. 7.25: λόγον, κατάληψιν Ath. Ivir. 657: λόγου κατάληψιν Med. Ambr. A 180 sup: ἔπαινον καὶ κατάληψιν pars familiae ל, Vat. 2001, Patm. 234, Vat. 866, Lesb. Ioan. 7: λόγον καὶ κατάληψιν Vat. Pal. 17, altera pars familiae ל et א.

28,5 pro τινὶ ὁρμῇ καὶ συνεργίᾳ אלה, Vat. 1989, Vat. Pal. 17, ש$_2$, Neap. II C 26, Med. Ambr. D 92 sup, Par. 534, Λ (sed ἐνεργείᾳ), irrepsit glossa δυνάμει in S E ש$_1$ פ.

32,9 τῆς εὐχῆς τοῦ ἁγίου τὴν ἐνέργειαν add vel potius in textum receperunt ש$_1$ O ב.

38,8 lectionem rariorem ἀτημελημένῳ praebent S, Λ, Ven. Marc. 349, E, Vat. 806, Vat. Pal. 17, Med. Ambr. C 135 inf[2], Par. 503, singuli familiarum ב et א: tritiorem fortasse e glossa plerique ceteri.

45,13 πόντον glossam puto vocis τόπον, receperunt E, ה, pars maior familiae ל, utrumque erat in exemplari S, qui, postquam dubitavit, τόπον e πόντον restituit. item

45,15 ἐκ φύσεως Par. Coisl. 368, Par. 1545, de quibus supra p. C, CII egi, S, Λ, Ven. Marc. 349, פ E ה ל, Ath. Doch. 4 et Par. 503, de quibus cf. p. CXVIII sqq, Med. Ambr. D 92 sup, idem, sed coniunctione καὶ post ἔχων inserta Ven. Marc. 67 א, Sin. 503, e glossa vocis οἴκοθεν in textum irrepsisse videtur. recte neglexerunt ב ש$_1$, Vat. Pal. 17.

46,5 recte πραότερον ut glossam vocis δεύτερον, recusaverunt לה Λ, Ven. Marc. 349, E, Par. 534, Med. Ambr. D 92 sup, Par. 503, quam plerique in textum receperunt, sed nonnulli δεύτερον, cum ad πραότερον non quadraret, in δευτέρου mutaverunt.

49,22 vox ὕμνον pro glossa vocis λόγον habenda est, quam exhibent Λ, Ven. Marc. 349, Par. 1545, פ, Par. 534, valde arridet αἶνον Patm. 234, Mosqu. 384, Sin. 503.

Haec si ita sint, ut exposui, etiam verba ἐξοικίζων τε καὶ εἰσοικίζων 25,1 glossam verborum φέρων καὶ ἄγων (24,22) putaverim, quae postquam in textum irrepserunt, adverbialia affecerunt, idque ante hyparchetyporum, quos constituimus, aetatem.

Sed non modo lectiones varias et glossas scribae pii mediae aetatis ab antiquissimis temporibus nobis servaverunt, verum etiam vestigia memoriae iam antiquitus depravatae. ut exempla afferam, 10,1 paene omnes πίστιν tradiderunt, ut facere vix possim, quin illud γνῶσιν paucorum codicum pro coniectura habeam.

Non secus 11,26 αὐτὸν iam pridem in αὐτῶν corruptum om nonnulli ש$_2$, S, ל, א, Vat. Pal. 17, male mutaverunt in ἂν ה E, Vat. 1989, Par. 534, aut recte servaverunt aut restituerunt ב, פ.

30,2-5 de constructione sententiae nemo scriba certus fuisse videtur, itaque suo quisque Marte, quod maxime arridebat, elegit, quod accipi non poterat, correxit. praecipue post accusativos ἀπόλαυσιν/κατάκρισιν deesse verbum finitum constat aut infinitivum, qui si esset, pugnaret cum indicativo παραμένει a plerisque tradito. praeterea verba καὶ ὅσα εἰκὸς - νεότητος tam dissolute interiecta sunt, ut non tam loquentis quam sententiam mente fingentis sibique aut notario verbis exprimendam relinquentis videantur. quid, si inveniantur plures loci, quibus manifestum fiat orationem nostram numquam ad unguem, ut dicunt, limatam fuisse, priusquam in publicum dimitteretur? en, et titulus et finis orationis tam variis verbis in codices nostros pervenerunt, ut numquam auctoris ipsius verba exstitisse credas.

54,8-15 eadem res bis variis verbis enarratur, sed ita, ut, quod 8-10 verbis directis ratiocinatus est aliquis nescio an auctor ipse, insequentibus ornatu oratorio donatum repetatur.

Item 38,10-17 et 38,17-39,7 bis, lectionis variantis signo ἄλλως interposito, exponitur, qua de causa Alexander carbonarii personam sibi imposuerit. sed in parte priore verba τὸ δὲ λανθάνειν ἐπετήδευε 12 repetun-

tur 15sq; quae autem E aliique post ἐγνώρισε 12 inseruerunt καὶ τῶν λοιπῶν ὑψηλότερος, eadem fere legimus 14sq ὑψηλοτέρας ζωῆς ἐπιθυμίαν ἔχων. praeterea post καὶ τῶν λοιπῶν ὑψηλότερος pergunt ὡς καὶ μέχρι (τοῦ) μαρτυρίου φθάσαι διὰ πυρὸς τελειώσας τὸν δρόμον ה E: ὡς καὶ μέχρι - δρόμον post ἐγνώρισε add Λ, Ven. Marc. 67, בא, Vat. Pal. 17, Sin. 503, O^2 in margine. eadem verba, quae E ה post ἐγνώρισε inseruerunt, collocaverunt post εὐκληρίας lin. 13 O (del man rec), Vat. 806, Par. 579, U: haec omnia non exstant in ש$_1$, plerisque לש$_2$ S, Med. Ambr. D 92 sup, Par. 534, Neap. II C 26. nonne in hac parte adnotata vel addita quaedam ita erant, ut cum textu confunderentur? sic fere versus 10-15 scripta fuisse tibi imagineris:

καὶ γὰρ οὕτως εἶχεν· οὐκ	
ἀνάγκῃ πενίας ἐπὶ τὸν τοιοῦτον	
ἐλήλυθε βίον, ἀλλὰ φιλόσοφός	
τις ἦν ὁ ἀνὴρ κρείττων ὑπάρ-	⟨καὶ⟩ τῶν λοιπῶν ὑψηλότερος
χων τῆς ἐσπουδασμένης παρὰ	
τῶν πολλῶν εὐκληριάς καὶ ἀντ'	
οὐδενὸς τὸν βίον ποιούμενος	ὡς ὁ μετὰ ταῦτα βίος ἐγνώρισεν
τῆς ὑψηλοτέρας καὶ ἀληθοῦς	
ζωῆς τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων	ὡς καὶ μέχρι τοῦ μαρτυρίου
	φθάσαι διὰ πυρὸς τελείωσας
	τὸν δρόμον

Verba τὸ δὲ λανθάνειν ἐπετήδευε addita puto, postquam ea, quae separatim scripta erant, cum textu sunt confusa. at non modo post Gregorii mortem textus divulgatus turbabatur, sed auctoris ipsius verba ultima lima caruerunt. an qua ratione fieri potuit, ut plus semel narratio in orationem obliquam transiret cf. 16,18-17,23; 56,5-7? verba ὅσα - νεότητος 30,4-5 non tam coram publico orantis sunt quam meditantis, quae dicat.

Utcumque res se habet, non exstat unus certus definitus talium locorum textus, quem auctoris ipsius verba, vel quod Graeci αὐτόγραφον appellare solent, dicamus. nec mirum est. nam Gregorius ea, quae dixit, dictavit, scripsit, clericis amanuensibus in eam formam redigenda relinquebat, qua in exemplaria pervulganda transscriberentur. de qua re cf. GNO VI p. LXVIIsqq et IX p. 24. illi autem Vitae Thaumaturgi textum ad verbum confectum atque, ut ita dicam, sanctum neque habuerunt neque constituerunt. itaque lectiones variae, quae saepe a glossis discerni vix possunt, et loci variis verbis plus semel expressi et omnino rudes in codicum memoriam sunt diffusi, quod exemplis supra prolatis satis confirmasse mihi videor.

Restat, ut quem codicibus excussis recensione facta fructum ceperimus, mente complectamur:

Memoria iam ab initio neque uniformis neque simplex ante saeculum

improbo plures quam unus archetypi exstiterint, quam rem signis ω_1 et ω_2 descripsimus. et per saecula posteriora textus iterum iterumque ut emendationes ita contaminationes subiit, ut nullus codex, nullus codicum hyparchetypus memoriam integram continere iudicetur.

Codices, qui opera Gregorii continent, eos, qui vitam Thaumaturgi una cum aliis orationibus ad usum ecclesiasticum collectis exhibent, pietate minime antecedunt. itaque eis non maior fides habenda est quam illis, et omnino unius classis auctoritate niti ac uti nihil adiuvat, sed ubique et editor et lector ad suum iudicium relegabuntur.

Vitae Thaumaturgi, ut est opus auctoris toto orbe terrarum celebrati, plus unum exemplar iam primis temporibus exstitisse verisimile est, ut ab exemplari unico omnium deducere codicum memoriam non liceat.

In textu constituendo id spectavi, ut ad aetatem memoriae quam vetustissimam ascenderem. in hac re menologia ante Metaphrastae tempora conscripta ad textus historiam indagandam multum conferre existimavi et in mantissa critica laudavi. lectiones singulares, etsi e fonte singulari vetustissimo fluxerunt velut eae, quae sunt in Par. 534, Med. Ambr. D 92 sup, Vat. Pal. 17, Neap. II C 26, quoniam contra tot testes stare non possunt, inutiles iudicavi. itaque codices, quibus traduntur, nisi alia de causa recensioni usui sunt, non recepi in apparatum criticum.

Ceterum edendi rationem secutus sum, quam W. Jaeger GNO II p. LXVIsqq exposuit.

3. DE EDITIONIBUS IMPRESSIS

Versio Latina Vitae Gregorii Thaumaturgi Gentiano Herveto interprete iam anno 1553 Venetiis prelo data est in tomum secundum "Vitarum sanctorum priscorum patrum..." fol. 248-261 recepta, quas Aloysius Lipomanus et post mortem eius Laurentius Surius collegerunt et iterum atque iterum promulgaverunt. itaque versio Herveti in hac vitarum collectione non minus quam decies edita est, quas editiones acervatim hic proferre liceat:

Coloniae 1573, tom. IV, p. 57-76;
Venetiis 1574, tom. IV, fol. 17v-34;
Coloniae 1579, tom. IV, p. 55-74;
Venetiis 1581, tom. IV, fol. 17v-24;
Coloniae 1596, tom. IV. p. 458-470 (epitome);
Brixiae 1601, tom. IV, p. 199-204 (epitome);
Coloniae 1603, tom. IV, p. 528-540 (epitome);
Coloniae 1616, tom. IV, p. 522-531 (epitome);
Coloniae 1618, tom. IV, p. 390-400;
Augustae Taurinorum 1879, tom. IX, p. 547-570.

Cum Hervetus nihil de exemplari, quo usus est, dixerit, fons versionis deprehendi non potest, nisi textum et verba, quibus interpres utitur, conferas cum lectionibus codicum. quibus rebus factis apparet libri Vat. Ott. 281, qui ex Vaticano E fluxit et a manu recentiore correctus est (vide supra p. CX et infra quae dixi de editione Vossii), lectiones esse, quae hic sermone Latinorum repetuntur. pauca tantum exempla hoc loco dabo: cum codice E et recentioribus eius Hervetus textum orationis dividit in partes quasdam, quarum tituli et inscriptiones congruunt cum illis codicibus. liber E et recc 25,15 sensum pessime perdunt, cum scribant ὁ λόγος τῶν ὄντων pro ὀλιγοστῶν ὄντων. hoc loco Hervetus dicit: "habita est ratio eorum, qui ..." 8,7 liber E πρὸς τὴν προκειμένην σπουδὴν scribit, cum Vat. Ott. 281 hoc loco correctus exhibeat πρὸς τὴν προκειμένην διήγησιν. in versione Gentiani Herveti hoc loco legimus "ad propositam narrationem". sequitur ergo, ut Hervetus codice Vat. Ott. 281 usus orationem De vita Thaumaturgi in Latinum sermonem transtulerit.

Denuo Laurentius Sifanus Vitam Thaumaturgi Latinitate donavit et una cum aliis translatis Gregorii Nysseni opusculis anno 1562 Basileae vulgavit (p. 377-406). quam editionem anno 1571 Basileae secuta est altera, quae Vitam Thaumaturgi p. 291-313 exhibet. haec versio Sifani una cum multis aliis translatis opusculis Gregorii Nysseni iterum atque iterum subiit prelum (Parisiis 1573, col. 917-949; Parisiis 1605, tom. I, col. 917-947; Coloniae 1617, p. 492-504) et Graeco textui subiecta est in illis editionibus operum Gregorii Morellianis (Parisiis 1615 et 1638) et in editione Mignei (Parisiis 1858), de quibus infra agam.

Versionem Sifani memoria codicum Ven. Marc. 67, Med. Ambr. gr. C 135 inf, O niti confirmaverunt et Ernestus Gebhardt (GNO IX p. 154) et Andreas Spira (ibid. p. 411sq), qui autem Sifanum quinque libris manuscriptis usum esse in lucem protulit, inter eos O vel eius gemello et Mon. 107 proxime inter se cognatis. Hadwiga vero Hörner GNO III 2 p. CXLIsqq Ottonem Lendle secuta confirmavit Sifanum Parisino 586 tum suo usum esse, Monacenses autem 47 et 107 contulisse. praeter istud exemplar mutilatum Sifanus in Vita Thaumaturgi edenda, quam sibi plurimum negotii fuisse in praefatione anni 1562 fol. 3 confitetur, alterum exemplar adhibuit, "vetustum", ut ait, "etsi correctum, qualia solent esse pleraque antiqua (!). tamen praeter diversas, quae multis in locis inibi reperiebantur, lectiones in plerisque locis adeo litterae erant obsoletae atque obscurae, ut multum legenti negotii exhiberent." cuius exemplaris lectiones varias in margine ut "vetusti" adnotat. congruunt autem omnino cum testibus familiae ℵ, sed lectiones "caeterorum", quos dicit, Par. 586, O, Mon. 107 praebent. familiae vero ℵ teste alio uti vix potuit nisi Monacensi gr. 179, qui tum in bibliotheca Ioannis Iacobi Fuggeri asservabatur et anno 1571 in bibliothecam ducalem

Monacensem transiit.[1] quis neget Mon. 179 unum ex illis quattuor libris manuscriptis fuisse, quos Sifanus ad emendandum codicem suum, Par. 586, sibi permissos esse praedicat in praefatione fol. 2? versio Vitae Thaumaturgi sequitur modo O eiusque asseclas velut Par. 586, modo Mon. 179 sive solos sive cum ceteris consentientes. cf. titulum τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν βίον τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ θαυματουργοῦ O, Par. 586, v, "eiusdem de vita beati Gregorii miraculorum opificis" Sifanus; 6,1 Sifanus sequitur Mon. 179 scribendo "nulla oratione, nulla ratione"; 6,3-4 "ab iis, qui commendantur, divina lex laudationum infernas has nugas atque deliramenta secernit" Sifanus scripsit secutus O, Par. 586 et alios; 10,17 ἡλικίαν O, Par. 586, v, "aetatem" Sifanus; 22,23-23,3 "ut saxum quoddam ingens, quod oculis eorum subiectum prospiceretur et non moveretur absque manu humana moveretur ac per solam fidei virtutem iussu Gregorii ad alterum locum transferretur" vertit Sifanus secundum Mon. 179; 24,11 οἷόν τι ὕλη O, Par. 586, v (τις), "veluti materia" Sifanus; 37,21 ἀκρίβειαν O, Par. 586, v, "diligentiam" Sifanus; 46,25 post αἰδὼς add εἰσῄει τοῖς δυσμενέσι O, Par. 586, v, "verecundia in mentem venit infensis" Sifanus; 49,3 εὐσέβειαν: ἀσέβειαν Par. 586 Sifanus in margine: in reliquis ἀσέβειαν; 54,12 τάφων: τόπων Mon. 179, "locorum" Sifanus. haec satis sint, quibus confirmetur Sifanum e memoria ω_1, praecipue ex אפ versionem Latinam conscripsisse.

Multis in locis, ubi utraque lectio probabilis et a proposito non aliena esset, se duplicem lectionem reddidisse confitetur l.c. cuius rei exempla sunt haec: 17,15 ἀληθείας: εὐσεβείας "verae pietatis" Sifanus; 28,9 ἐρειπιωθέντων: ἐρημωθέντων "collapsis, disiectis ac desolatis" Sifanus, qui in margine adnotavit: "in vetusto exemplari est ἐρειπιωθέντων: in caeteris (i.e. פ) ἐρημωθέντων. ego utrumque reddidi"; 45,9 προσκυνοῦντας: ἐπιβοωμένους "invocarent et adorarent" Sifanus.

Alia duplicis versionis exempla eadem sunt atque duplicum lectionum editionis Vossianae, de qua nunc agam.

Textus Graecus Vitae Thaumaturgi primum prelum subiit anno 1604 Moguntiaci adiunctus operibus Gregorii Thaumaturgi Graece et Latine editis a Gerardo Vossio. qui in notis p. 323, 325, 327 et in praefatione professus est se, cum in Italia versaretur, cum aliarum bibliothecarum exemplaria manuscripta vidisse tum duo codices, alterum Vaticanum nr. 524, alterum Cardinalis Sirleti nr. 147, olim Cardinalis Colonnae, ab initio ad finem descripsisse vel examinavisse. qui sunt illi codices? Vossii titulum τοῦ ἐν ἁγίοις ἡμῶν Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσης βίος καὶ ἐγκώμιον

[1] cf. Otto Hartig: Die Gründung der Münchener Hofbibliothek durch Albrecht V. und Johann Jacob Fugger. München 1917. (Abhandlungen der Kgl. Bayer. Akad. der Wiss. Phil.-hist. Kl. 28,3) p. 35.136.242sq.

ῥηθὲν εἰς τὸν ἅγιον Γρηγόριον τὸν θαυματουργὸν γενόμενον ἐπίσκοπον Νεοκαισαρείας solus exhibet Vat. Ott. 281 (verba Νύσης βίος καὶ legi non possunt), de quo cf. p. CX. quod autem Vossius p. 320 adnotat "Variat hic titulus. in Vaticano enim 524 sic se habet βίος καὶ πολιτεία τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἐπισκόπου Νεοκαισαρείας τοῦ θαυματουργοῦ συγγραφεὶς παρὰ Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσης", id legimus in Vat. 806, de quo cf. supra p. CVIII. 3,5 ἡμετέρου: παρόντος Vossius et invicem 3,5 παρόντος: ὑμετέρου, ad quem locum Vossius p. 320 adnotavit "τοῦ ἡμετέρου λόγου καὶ τοῦ παρόντος συλλόγου, pro quo paulo aliter in Cardinalis Sirleti hodie Columnae sub num ρμζ (147) sic legitur τοῦ παρόντος λόγου καὶ τοῦ ὑμετέρου συλλόγου", quod solus exhibet Vat. Ott. 281. subscriptionem orationis 57,8, quam in solo Vat. 806 legimus, exhibet editio Vossiana eamque secuta est Morelliana.

Iam manifestum est Vossium et Vat. Ott. 281 et Vat. 806 usum esse altero ad alterum corrigendum adhibito, cuius rei testes sunt correcturae manus recentioris plerumque cum Vat. 806 congruentes, quas invenimus in Vat. Ott. 281. cf. enim 3,14 τὸν λόγον ad plerosque Vossius, sed in margine ἀλ. τῶν λόγων ad Vat. 806; 3,16 ante τὸν add ἐκείνου Vossius ad Vat. 806 aliosque; 6,15 ad προσθήσομεν add in margine ἀλ. προθήσομεν ad solum Vat. 806; 9,22 τὴν Ἑλληνικὴν καὶ τὴν βάρβαρον ὁμοίως φιλοσοφίαν collocavit Vossius secutus Vat. 806 congruentem cum O; 10,13 τῆς Vossius cum Vat. 806 (et O), in margine addidit ἀλ. ἐξ ἁμαρτίας; 11,8 ὢ οὗτος Vossius cum Vat. 806 (et O); 11,25 αὐτῷ: αὐτοῦ Vossius cum solo Vat. 806. ubi vero Vat. 806 et Vat. Ott. 281 congruunt, numquam inveni in margine varias lectiones additas. inde Vossius parvum fructum ex aliis codicibus praeter Vat. Ott. 281 et Vat. 806 cepisse videtur. cf. exempli gratia: 8,8 διήγησιν: σπουδὴν Vat. 806, E, Vat. Ott. 281 (sed in margine adscribit corrector: διήγησιν); 21,15 τὴν εἴσοδον Vat. 806, E, Vat. Ott. 281 cum plerisque: τῇ εἰσόδῳ Vossius, sed in margine adnotavit: ἀλ. τὴν εἴσοδον; 23,11 θαυμάτων Vat. 806, E, Vat. Ott. 281, Vossius, qui in margine adnotavit: ἀλ. τῶν πραγμάτων; 24,11 ante ὕλη addidit οἷόν τις Vossius, οἷόν τι O.

Iterum ac saepius Vossius, ubi dubitabat, utra lectio in textum accipienda esset, utramque est amplexus; cf. apparatum criticum ad 10,24; 12,1; 13,7; 28,9; 33,9; 41,2; 53,7. his enim locis v sequitur Vossium, cuius editio Venetiis 1767 et 1788 iterata est in Bibliotheca veterum patrum antiquorumque scriptorum ecclesiasticorum, tom. III, p. 439-468, cura et studio Andreae Gallandii, qui textui notas adiunxit, in quibus egit imprimis de variis lectionibus, quae inveniuntur in editionibus Morellianis, Parisiis 1615 et 1638, de quibus nunc agendum est.

Denuo publici iuris facta est Vita Thaumaturgi auctore Claudio Morello Parisiis anno 1615 (p. 966-1010), iterum Parisiis 1638 sumpti-

bus Aegidii Morelli (p. 534-578), de quibus editionibus cf. Jaeger (GNO II p. LIX), Langerbeck (GNO VI p. LVIIsqq), Jaeger (GNO VIII 1 p. 125.170). Gebhardt (GNO IX p. 176), Spira (ibid. p. 414.420), Alexander (GNO V p. 270sqq). Morelli textus receptus est in Patrologiam Mignei (46,893-957). editores Parisini praeter codices manuscriptos nobis ignotos adhibuerunt editiones impressas. legimus enim in praefatione anni 1615 ad lectorem aequanimum quae inscribitur: "Sed cum ille (scilicet Franciscus, Nicolai Gulonii filius) in morbum incidisset neque prelo posset properanti pensum sufficere, visum est alios S. Gregorii libros iam Graece excusos ad alterum tomum conficiendum colligere." in illorum librorum numero Vossianam editionem fuisse his apparet exemplis: 12,1 τῶν σωφρονούντων τοῖς ἄφροσι et Vossius et Migne, qui editionem Morellianam iteravit, contra omnes codices; additamentum 28,3 (cf. apparatum ad locum) in textum recepit Migne/Morellus secundum Vossium. adde lectiones duplices supra allatas, quas Morellus ex editione Vossii recepit. haurire praeterea potuit e copia 31 lectionum discrepantium, quas Sifanus in margine versionis Latinae adnotavit. haec satis sint, quibus probetur Mignei textum praecipue ex 𝔇 et E fluxisse.

Ex editione Morelliana autem descriptus est codex Vaticanus Urbinas gr. 10. nam post παρόντος 3,5 add ἡμῶν secutus v (quam litteram hoc loco signum non modo editionis Mignei, sed etiam eius fontis, editionis Parisinae accipias quaeso)

10,24 διασκοπουμένου καὶ συνασκουμένου v, Vat. Urb. 10;
11,3 post τὸν add καθαρὸν v, Vat. Urb. 10;
11,9 ἐπὶ: διὰ v, Vat. Urb. 10.

Editio Vossiana, eiusque fons, Vat. Ott. 281, quamquam ceteris his locis cum v, Vat. Urb. 10 congruunt, 10,24 et 11,3 et 11,9 discordant. itaque ex ea non ortus est codex Vat. Urb. 10.

Restat, ut gratias agam sociis consortibus fautoribus huius operis, imprimis eis, qui codices manuscriptos contulerunt, in conspectu codicum nominatim laudatis, deinde Utae Schramm, quae de multis rebus ad sermonem Gregorii pertinentibus me ex thesauro instituti Gregoriani certiorem fecit, tum viris doctis, Jürgen Coenen, Hartmut Schmidt, praecipue Friedhelm Mann, qui conspectum codicum composuerunt, codices supra p. XC laudatos recensuerunt suaeque quemque familiae attribuerunt, de codice Par. Genev. 2753 et de versionibus Latinis me docuerunt, in plagulis corrigendis me iuverunt, deinde praefecto bibliothecae collegii Sancti Georgii Francofurtensis, cuius liberalitate mihi semper aditus ad bibliothecam patrum doctorum patebat, postremo collegio patristico ab Academiis Gottingensi, Heidelbergensi, Moguntina, Monacensi instituto, quod Henrico Dörrie † auctore operam meam ope et auxilio sublevaverunt.

Offenbaci ad Moenum,
mense Februario 1988

Gunterus Heil

DE SANCTO THEODORO

EDIDIT

JOHANNES P. CAVARNOS

(PRAEFATIO)

1. CONSPECTUS CODICUM[1]

Atheniensis graecus 252 — fol. 140-142, chart., saec. XIV
Atheniensis graecus 457 — fol. 266-275, chart., saec. XVI/XVII
Atheniensis graecus 2560 — fol. 3-9, membr., saec. XI/XII
Athous Dionysiu 43 — fol. 171-179, membr., saec. XI/XII
Athous Dochiariu 77 — fol. 104-108, chart., saec. XV
Athous Dochiariu 78 — fol. 293v-299v, chart., anno 1322 scr.
Athous Esphigmenu 17 — fol. 2-7, membr., saec. XI
Athous Iviron 591 — fol. 153-160, chart., saec. XVI
Athous Iviron 592 — fol. 145v-149v, chart., saec. XIV
Athous Kutlumusiu 40 — fol. 97-105, membr., saec. XIII
Athous Kutlumusiu 48 — fol. 81v-84v, membr., saec. XII
Athous Lavras Δ 84 — fol. 54-58v, membr., saec. XII/XIII
Athous Lavras E 188 — fol. 65-68, chart., annis 1626/1627 scr.
*__Athous Lavras Λ 117__ — fol. 29-36, chart., saec. XVI
*__Athous Lavras 1968__ — fol. 245-260, chart., anno 1843
Athous Panteleimonos 196 — pag. 47-59, chart., saec. XVII
*__Athous Panteleimonos 862__ — pag. 299sqq, chart., saec. XIX
Athous Pantokratoros 26 — fol. 68v-75, membr., saec. XI
Athous Pantokratoros 86 — fol. 356-360v, chart., anno 1227 scr.
Athous Vatopediu 128 — fol. 321-325, membr., saec. XIV
Athous Vatopediu 451 — pag. 299-307, chart., saec. XVII
V^t **Athous Vatopediu 456** — fol. 274-282, membr., saec. X
Athous Vatopediu 630 — fol. 141v-149, chart., saec. XIV/XV
Athous Xiropotamu 138 — fol. 121-126v, chart., anno 1615 scr.
Brixianus Querinianus graecus A III 3 — fol. 234-238v, chart., saec. XVI
Constantinopolitanus παναγίου τάφου 48 — fol. 97-103, chart., saec. XV
Constantinopolitanus παναγίου τάφου 773 — fol. 72v-75v, chart., saec. XVI
Constantinopolitanus τῆς θεολογικῆς σχολῆς 32 — fol. 95v-102, chart., anno 1561 scr.
Escorialensis graecus X III 14 — fol. 183-183v, membr., saec. XII
Escorialensis graecus Ω II 11 — fol. 130-135, membr., saec. XII
*__Genuensis Missionis Urbanae 34__ — fol. 209-215, membr., saec. XI
Hierosolymitanus Patriarchiu 136 — fol. 66-70, chart., saec. XIV
Hierosolymitanus Saba 80 — fol. 96-98, membr., saec. XIII
*__Leriacus 8__ — oratio V, membr., saec. XIII
Matritensis 2725 — fol. 313v-318, chart., saec. XVI
Matritensis 4864 — fol. 147v-152, chart., saec. XVI
Mediolanensis Ambrosianus C 135 inf — fol. 105-111v, membr., saec. XI
Messanensis Sancti Salvatoris 15 — fol. 117v-122v, membr., saec. XI
Monacensis graecus 32 — fol. 427-432, chart., saec. XVI
Monacensis graecus 107 — fol. 87v-92, chart., saec. XVI
O **Monacensis graecus 370** — fol. 106-111v, membr., saec. X
Mosquensis graecus 216 — fol. 59-66, membr., saec. X
Mosquensis graecus 380 — fol. 124-129v, membr., annis 1021/1022 scr.
Σ **Mosquensis graecus 384** — fol. 250-255, membr., saec. XI
Mosquensis graecus 390 — fol. 220-226, membr., saec. XII
Mosquensis graecus 392 — fol. 3v-15, chart., saec. XVI
Mosquensis graecus 410 — fol. 191-195, chart., saec. XV

---

[1] Codices asterisco signatos inspicere non potui.

Mosquensis graecus 412 — fol. 140-143, chart., anno 1445 scr.
Oxoniensis Bodleianus Baroccianus 238 — fol. 1-4, membr., saec. XI
Oxoniensis Bodleianus Cromvellianus 9 — pag. 146-155, membr., saec. XIII
R **Oxoniensis Bodleianus Thomas Roe 28** — fol. 115-121v, membr., saec. XI
X **Parisinus graecus 499** — fol. 259-264v, membr., saec. XI
Parisinus graecus 503 — fol. 327-330v, chart., saec. XIV
Parisinus graecus 585 — fol. 69-73v, chart., saec. XVI
Parisinus graecus 586 — fol. 197v-202v, chart., saec. XVI
Parisinus graecus 757 — fol. 123-131, membr., saec. XI
Parisinus graecus 760 — fol. 122v-127v, chart., saec. XIV
Parisinus graecus 767 — fol. 87-91v, membr., saec. XIII
Parisinus graecus 773 — fol. 178v-184, chart., saec. XV
Parisinus graecus 816 — fol. 132-138, chart., saec. XIV
Parisinus graecus 1176 — fol. 305v-309, membr., saec. XII
Parisinus graecus 1185 A — fol. 189v-193v, chart., saec. XIV
G^a **Parisinus graecus 1450** — fol. 286v-292v, membr., saec. XI
Parisinus graecus 1500 — fol. 139-145v, membr., saec. XII
Parisinus graecus 1529 — fol. 115-121, membr., saec. XII
Patmensis 180 — fol. 29-35, membr., saec. XIII
***Serrensis Prodromu chart. I 14** — (vide p. LXXI), chart., saec. XIV
Sinaiticus graecus 326 — fol. 213-220, membr., saec. X/XI
Sinaiticus graecus 515 — fol. 215-223, membr., saec. XII
Sinaiticus graecus 521 — fol. 81v, chart., saec. XIV
Taurinensis graecus C I 11 — fol. 308v-310v, chart., saec. XIV
***Taurinensis graecus C IV 18** — fol. 49-66, membr., saec. XI/XII
Vaticanus graecus 446 — fol. 385-391v, membr., saec. XII
Vaticanus graecus 679 — fol. 22-26v, membr., saec. XI
Vaticanus graecus 1433 — fol. 157-160v, membr., saec. XIII
S **Vaticanus graecus 1907** — fol. 59v-60v, chart., saec. XII
Vaticanus Barberinianus graecus 527 — fol. 127-131, chart., saec. XVII
Vaticanus Ottobonianus graecus 85 — fol. 100-105, membr., saec. X/XI
Vaticanus Ottobonianus graecus 91 — fol. 94v-99, chart., saec. XVI/XVII
Vaticanus Ottobonianus graecus 92 — fol. 186-191, chart., saec. XVI
Vaticanus Palatinus graecus 245 — fol. 135-141, membr., saec. XII
N **Vaticanus Palatinus graecus 308** — fol. 232v-236v, membr., saec. X/XI
Vaticanus Urbinas graecus 10 — fol. 142v-148v, chart., saec. XVII
K **Venetus Marcianus graecus 67** — fol. 56-59v, membr., saec. XI
Venetus Marcianus II 182 — fol. 1-2v, 354v, membr., saec. XI
V^b **Vindobonensis historicus graecus 3** — fol. 160v-166, membr., saec. XI
Vindobonensis theologicus graecus 42 — fol. 131-134v, membr., saec. XII
Vindobonensis theologicus graecus 95 — fol. 18-20v, chart., saec. XIII

2. DE RECENSIONE CODICUM

Huius operis Gregoriani qui inscribitur De sancto Theodoro octo et octoginta codices manu scripti mihi noti sunt. tamen causis variis omnes conferre non potui. duorum codicum — Escorialensis gr. X III 14 et Sinaitici gr. 521 — fragmenta tantum extant; praeterea hos codices non examinavi:

Athoum Lavras Λ 117,
Athoum Lavras 1968,

Athoum Panteleimonos 862, quem bibliothecarius monasterii invenire non potuit (anno 1973),
Genuensem Missionis Urbanae 34,
Leriacum 8, qui surreptus est,
Serrensem Prodromu chart. I 14,
Taurinensem gr. C IV 18 (hic liber incendio anni 1904 pessime laesus est. solum 93 fragmenta varia supersunt).

Brevitatis operis causa et multitudinis codicum manu scriptorum non facile est omnes libros in greges omnino certe disponere, praesertim specimina et fragmenta librorum. tamen potui octo familias aut greges distinguere et duos antiquissimos libros solutos (Athoum Vatopediu 456 = V^t, Mosquensem gr. 216).
Nunc procedo ut has familias exponam.

De familia *a*

Vincula firma familiae *a* sunt errores hi:
62,5 τε pro τέως (Migne idem et Messanensis S. Salvatoris 15[1])
69,12 θαῦμα pro θαύματα (Migne idem)
69,22-23 δαίμονας ἀπελαύνων ἀγγέλους εἰρηνικοὺς κατάγων (Migne idem).

Codex Monacensis gr. 370 = O saec. X est unus trium testium antiquissimorum huius operis, et insuper vetustissimus, qui proximus editioni Mignei sit. nitidus est, minimis tantum erroribus orthographicis maculatus; deest quidem unum folium quod excidit inter fol. 109v et 110r (67,16 κα[τέφλεξεν usque ad 69,4 ἐσ]χηματισμένην). nihilominus retineo librum O in apparatu critico velut ducem maximi pretii familiae *a*. hic liber iam ab aliis editoribus bene explicatus est (vide Conspectum codicum generalem).

Codex Parisinus gr. 586 saec. XVI apographon libri O est. solum hi duo libri exhibent lectiones varias sequentes:
63,22 καὶ pr om.;
65,6 τοὺς στρατιώτας pro τοῖς στρατιώταις;
70,20 μαρτύρων pro μάρτυρος.
O et Par. 586 exhibent χωριτικοὶ ex correctura χωρι///τικοὶ (61,5).
manus secunda multas lectiones aliorum codicum varias margini adscripsit, praecipue libri V^b vel librorum ex eo deductorum.

Item codex Parisinus gr. 585 saec. XVI ex libro O fluxisse videtur. nam omnino fere O, Par. 585 et Par. 586 consentiunt. hi tres libri et Mon. 107 habent eandem inscriptionem: τοῦ αὐτοῦ· ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον

[1] Messan. Salv. 15 est codex generis incerti.

μεγαλομάρτυρα θεόδωρον. solum huius libri mendum proprium est μολύνοντες pro μολυνόμενοι (69,2).

Codex Matritensis 4864 saec. XVI est inutilis. exempla quaedam errorum eius sunt haec:

62,5 ὅλων pro ὅσων;
63,2 ἐπισκοπῆς κοσμήσεως pro ἐπικοσμήσεως;
63,7-8 φλοωσιν pro φλογοτρόφον - τελείωσιν habet;
63,26 ἐξουσίαν ante ἱκεσίαν add;
64,4 τοῦ ὁσίου ante τῶν ὁσίων add (Ath. Vat. 128 τοῦ ὁσίου pro τῶν ὁσίων exhibet);
64,14 τίς usque ad τιμήν om.

inscriptio est eadem atque codicum Mon. 107, O, Par. 585, Par. 586, sed Matr. 4864 verbum ἐγκώμιον omisit.

Codex Monacensis gr. 107 saec. XVI contaminatus esse videtur. nam errores communes librorum variarum familiarum continet, e.g.:

62,18 συντηρούμενον (idem Mon. 32, Mosqu. 392, Vat. Ott. 91 et alii);
70,1 ἄνακτον (idem Mon. 32);
70,17 δὲ om (idem Mon. 32, Mosqu. 392, Mosqu. 412, Vat. Ott. 91 et alii);
70,25 γὰρ post εἰ add (idem Mosqu. 410, X, Vat. Ott. 92);
71,16-17 κράτος τιμὴ om (idem Mon. 32, Mosqu. 410 et alii).

menda eius sunt 63,21 πεπειρασμένοι; 70,23 ἀθλιτήριοι; 71,16 δόξα om. quamquam Mon. 107 affinitate magna cum O coniunctus est, non ex eo recta fluxisse videtur (cf. GNO III 1 Müller XVII.XLII.XLIV; IX Heil 12.13; Gebhardt 151.159.175.183).

Codex Vaticanus Palatinus gr. 308 = N saec. X/XI, quamquam cum familia sua omnino fere consentit, inusitatam lectionem exhibet communem cum Ath. Vat. 128 et Mosqu. 392: 71,13 ἐν τοῖς θαύμασι pro ἐν τοῖς μάρτυσι habet. rationibus his in stemma librum N accipio: primum quia bonus vetustusque liber est; deinde quia lacunam illam, qua amisso folio codex O laborat, supplet. liber N continet eadem fere menda atque Par. 585, qui est probum apographon codicis O. variae lectiones duorum librorum, ubi lacuna exsistit (67,16-69,4), sunt hae:

67,25 εὐπαρρησίαστος Par. 585: εὐπαρρησιάστως N;
68,19 ὑπαναγινώσκεται Par. 585: ὑπαναγινώσκετε N; 69,2 μολύνοντες Par. 585: μολυνόμενοι N; 70,7 σὺ Par. 585: σοι N.

De familia *b*

Exstant sex libri familiae *b*:

Atheniensis gr. 2560 saec. XI-XII
Athous Vatopediu 128 saec. XIV

Mediolanensis Ambrosianus gr. C 135 inf saec. XI
Oxoniensis Bodleianus Cromvellianus 9 saec. XIII
Venetus Marcianus gr. 67 = K saec. XI
Vindobonensis theologicus gr. 42 saec. XII.

his adiungere licet Athoum Dochiariu 77 saec. XV, qui parte ex Med. Ambr. C 135 inf deductus est. ubi folium 105 in Med. Ambr. C 135 inf laceratum est, verba 62,8-10 δὲ usque ad τῶν omissa sunt. Ath. Doch. 77 hanc eandem lacunam exhibet. sed pars posterior Ath. Doch. 77 ita contaminata est, ut vix comparari cum Med. Ambr. C 135 inf possit.

Familiae *b* lectiones, quae quid habeant momenti, sunt:

68,2 ὑπείδετο (ἐπεστρέφετο Ath. Vat. 128) pro ἐφείδετο (idem Ath. Doch. 77);
68,14 τὰ pro διὰ alt (idem Ath. Doch. 77, Ath. Doch. 78);
69,10 τὸ πλέον ante ἀπέξεον recte habent. in Med. Ambr. C 135 inf idem scriba omittit τὸ πλέον, deinde haec verba margini adscribit. item verba ἡ ἁγία ποίμνη in prima linea operis (61,4) omittuntur, sed in margine repetuntur.

Codex Venetus Marcianus gr. 67 = K satis bene conservatus inter utiles libros huius memoriae est numerandus, quem in praefatione alterius operis (VIII 1 p. 222) descripsi. K, Ath. Vat. 128, Ox. Cromv. 9, Vind. theol. 42 habent eandem inscriptionem: (τοῦ αὐτοῦ)· ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Θεόδωρον. inscriptio Med. Ambr. C 135 inf lacerata est, ut supra dixi. manus alia scripsit haec: ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα Θεόδωρον. quandoquidem K exhibet plerasque pretii lectiones varias huius familiae et quia integer est, pro huius familiae duce habendus est.

Codicem Atheniensem gr. 2560 quamvis satis nitidum repudio, quoniam omnes gravioris momenti lectiones in vetustiore codice K inveniuntur. eius menda nullius momenti sunt: 63,9 ὑμῖν pro ἡμῖν; 63,24 προσάγων pro προσάγοντες; 64,16 ἐχόντων pro ἑλόντων; 66,13 νεανίαν pro νεανίσκον; 67,21 ἐσφάττοντο pro ἐταράττοντο.

Codex Vindobonensis theologicus gr. 42 bene exaratus est, pars vero aqua laesa est. nihil insuetum nec grave exhibet. tres propriae lectiones sunt: 62,25 ὁ ante ἐλθὼν add; 69,12 αὐτὴν pro ταύτην; 71,12 θαυμασταὶ pro θαυμαστέ.

Codex Oxoniensis Bodleianus Cromvellianus 9 arte sequitur K. errores notandi sunt duo: 61,12 ἅγιος om; 65,3 ἀληθινὸς pro κοινὸς (idem Ath. Vat. 128). in una sola varia lectione consentit cum Matr. 4864, Messan. Salv. 15: 64,18 οἱ ante ἄγγελοι add. puto Ox. Cromv. 9 ex K derivatum esse (cf. GNO III 1 Müller XLV; IX Spira 363).

Codex Athous Vatopediu 128 infectus est multis erroribus et consentit cum nonnullis variis familiis, praecipue cum familiis *c*, *e* et *h*. scriba huius libri solutus multis libris manu scriptis usus est. multitudo quidem mendorum propriorum dissuadet, ne inter bonos testes adscribatur hic liber. 70,23 Πέρσαι in margine ad Σκῦθαι adscripsit K: Ath. Vat. 128 Πέρσαι pro Σκῦθαι in ipso textu continet, quod vinculum inter K et Ath. Vat. 128 esse videtur. sed 71,7 Ath. Vat. 128 consentit cum familia *c* in lectione varia ὑπήνεγκαν. itidem 71,13 Ath. Vat. 128 exhibet ἐν τοῖς θαύμασι pro ἐν τοῖς μάρτυσι. exemplum codicis Ath. Vat. 128, si ullum fuit, amissum est.

Codex Mediolanensis Ambrosianus gr. C 135 inf fidele exemplar huius memoriae est; fratrem libri K eum esse affirmo. itaque eum non retineo. ut supra dixi, folium 105 laceratum est. itaque duabus lineis operis Med. Ambr. C 135 inf caret. tria verba in initio operis omissa (ἡ ἁγία ποίμνη) et a manu altera restituta sunt.

Codex Athous Dochiariu 77, quamquam sic incipit velut si esset e Med. Ambr. C 135 inf transcriptus (vide supra), contaminatus est multis lectionibus variis nonnullorum codicum. variae lectiones, quas exhibet, inutiles sunt: 61,19 οὐ pro οὐδὲ; 63,5 ἀπέχρωσε pro ἐπέχρωσε; 63,11 ναὸν pro νεὼν et cetera. propter contaminationem, id est propter varios codices excerptos, Ath. Doch. 77 discedit ab Med. Ambr. C 135 inf ita ut affinem se praestet familiis *e* et *f* (praecipue X, G^{a}, Par. 757, Par. 1176, Vat. 446) et interdum familiae *g*, singillatim Athen. 252, Ath. Doch. 78, Ath. Pantel. 196, Escor. Ω II 11, Par. 1500. quod quo melius demonstretur, pauca exempla affero:

61,5 συρρέοντες pro συρρεύσαντες Par. 1500;
62,12 τε ante ἐστὶ add Ath. Doch. 78, Mosqu. 412;
62,19 οὐ pro οὐδὲ Par. 1176;
63,7 τὰς ἐπηρείας om Ath. Doch. 78;
63,22 τοσαύτης pro τοιαύτης Athen. 252, Par. 1176;
65,17 ποτὲ om X, Vat. 446;
68,18 ὑμῶν post βασιλέας (βασιλεῖς Ath. Doch. 77) add Ath. Doch. 77, Escor. Ω II 11;
68,18 τούτους om Athen. 252, X, Mosqu. 390, Par. 1176, Vat. 446;
69,3 δὲ post μετὰ add Ath. Ivir. 591, Ath. Pantel. 196, X, Mosqu. 216, Mosqu. 390, Par. 1176, G^{a} et alii;
69,18 ἔτι post ἤκμαζε add Ath. Pantel. 196;
70,13 δυνάμεως pro δυνάμεων Ath. Ivir. 592, Ath. Pantel. 196;
70,21 καὶ συγγενεῖς om Athen. 252, Mosqu. 390.

quoniam liber Ath. Doch. 77 plane inutilis est, reiciendus est.

De codice V^{t}

Codex Athous Vatopediu 456 = V^{t} saec. X praeter libros O et Mosqu. 216 est antiquissimus liber manu scriptus, nitidissime exaratus. liber V^{t} cum ceteris familiis nusquam cohaeret; quibus vinculis coniunctus sit cum ducibus aliarum familiarum, docebunt exempla haec:

64,10-11 τῶν ... συρφετῶν V^{b}, S, Mosqu. 216;
67,21 ἢ N, K;
67,25 ἐπὶ pro εἰς N, K;
68,3 τοὐναντίον N, K;
68,10 ματαίου K;
68,11 πλεῖον N, K;
69,18 μᾶλλον om O, N, Kv;
70,15 τὸν θεὸν R, V^{b}, X, Σ, Mosqu. 216;
70,17 εὐφρανθεὶς O, V^{b}, S, Mosqu. 216;
70,17 δὲ om S (add V^{t2});
71,11 ἄριζον O, N, X, Mosqu. 216;
71,17 τιμὴ om R, Σ.

errores libri V^{t} sunt neglegendi:

63,6 τὰς ἐνστάσεις om, sed m alt add;
64,2 θέλη (corr m alt) (accedit Mosqu. 412);
67,6 μεταθῆται;
67,16 ἀλητηρίοις;
67,18 φανώτατον (accedit Mosqu. 412).

De familia *c*

Duodecim libri manu scripti consociati vinculis validis sunt. hanc cognationem familiam *c* nomino:

Athous Vatopediu 451 saec. XVII
Constantinopolitanus παναγίου τάφου 48 saec. XV
Oxoniensis Bodleianus Thomas Roe 28 = R saec. XI
Parisinus gr. 503 saec. XIV
Parisinus gr. 767 saec. XIII
Parisinus gr. 816 saec. XIV
Parisinus gr. 1500 saec. XII
Parisinus gr. 1529 saec. XII
Vaticanus Palatinus gr. 245 saec. XII
Sinaiticus gr. 326 saec. X/XI
Sinaiticus gr. 515 saec. XII
Sinaiticus gr. 521 saec. XIV.

Codex Ox. Roe 28 = R est unus duorum vetustissimorum librorum. est utilissimus et maxime idoneus, qui hanc familiam repraesentet, quia continet omnes lectiones gregis *c*, quae sunt gravioris momenti. hi duodecim libri iterum dividuntur in ramos tres: Ath. Vat. 451, R, Par. 767, Par. 816, Vat. Pal. 245, Sin. 521; — Par. 503, Par. 1500, Par. 1529, Sin. 326, Sin. 515; — accedit et Const. παναγ. ταφ. 48 ut in schemate indicavi. priores undecim codices artissime cohaerent. affero primum varias lectiones, in quibus omnes huius gregis libri consentiunt, deinde lectiones proprias codicum singulorum.

Vincula communia familiae *c* sunt lectiones variae:
61,16 χρόνου pro ἐνιαυτοῦ;
62,14 ἰδίοις pro ὁμοίοις (idem Messan. Salv. 15);
62,15 οἰκείοις pro ἰδίοις (idem Ath. Vat. 128);
62,22 περιτύχοι;
63,8 κάμινον ἐκείνην;
66,6 ἀπατεῶνας ὑμεῖς;
66,16 τί pro τὸ;
69,7-8 ἦν post ἀνένδ. coll;
70,27 λυσσώδης pro λυσσῶν;
71,13 θάλλον pro λήϊον recte et idem Ath. Vat. 128.

Posthac explicandum est, quomodo singuli codices a sua familia dissentiant. codex Const. παναγ. τάφ. 48 a ceteris crebro abhorret. expers enim est horum mendorum:
61,15 δὲ pro δὴ;
62,7-8 τὸν ... προτιμώμενον (τὸν ... τιμώμενον Ath. Vat. 451);
62,8 τῇ γνώμῃ pro τὴν γνώμην;
64,14 τοιαύτη τιμᾶται καὶ δοξάζεται τιμῇ (τοιαύτη τιμᾶται τιμῇ Const. παναγ. τάφ. 48);
65,1 τῆς om;
68,2 πρὸς om;
71,7 ὑπήνεγκαν pro ἤνεγκαν (idem Ath. Vat. 128, Brix. A III 3);
71,12 ὑπέρλαμπρε pro ὑπερλάμπων (idem Messan. Salv. 15).

Hic tractamus lectiones ramorum. ex his mendis elucet codices Ath. Vat. 451, R, Par. 767, Par. 816, Vat. Pal. 245 artius inter se coniunctos esse:
61,5 συρραγέντες pro συρρεύσαντες;
61,12 τάξεων pro καταλόγων;
62,10 ἄλλων pro μελλόντων, sed τῶν ἄλλων coll post σχολ.; ἔνθα pro ἦν;
62,21 οὐδείς om;
64,7 θεραπευθέν pro χαριτωθέν;
65,9 τρισμακάριστος pro τρισμακάριος;
65,10 Χριστοῦ pro τὴν εἰς Χριστὸν πανταχοῦ;

65,16 συνέδριον (συνεδρίων Par. 816) pro δικαστήριον;
66,5 λέγων pro μὲν λέγειν (γάρ pro λέγειν Par. 816);
66,23 τὴν om (etiam Vat. 446);
67,9 εἰς om;
68,10 τάξεως pro πράξεως;
68,12 προατακτῶν pro πρωτοτακτῶν;
69,20 μακαρίαν om;
70,19 γὰρ post χρῄζομεν add.
hi libri et Sin. 521 habent etiam eandem inscriptionem (quae in Par. 816 facile legi non potest): τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἀρχιεπισκόπου Νύσσης (Νύσης Par. 767, Vat. Pal. 245)· ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα τοῦ Χριστοῦ Θεόδωρον (τοῦ Χριστοῦ μεγαλομάρτυρα Θεόδωρον Ath. Vat. 451).

Praeterea Par. 503, Par. 1500, Par. 1529, Sin. 515 inter se coniuncti sunt. variarum lectionum, quibus inter se congruunt, laudabo solam hanc, quae alibi non invenitur 70,9 πληρώσοντες pro πληροῦντες. quibus libris accedit fortasse Sin. 326, qui hoc loco lacunam habet.

Quattuor libri manu scripti, Par. 1500, Par. 1529, Sin. 326 et Sin. 515 lectione varia 68,12 πρωτοατακτῶν inter se coniuncti sunt, qui denique lectionibus, quibus disiunguntur, in duos ramos librorum divisi sunt, quorum unum constituunt Par. 1500 et Sin. 326, alterum Par. 1529 et Sin. 515. Par. 1500 et Sin. 326 his lectionibus inter se congruunt:
61,5 συρρέοντες pro συρρεύσαντες (cum Ath. Doch. 77);
62,5 τῶν tert. om;
63,18 εἰς pro ὡς pr;
67,3 ἀποστρέψαντος pro ἀντιστρέψαντος;
67,25 ἀνεβήβασαν pro ἀνέβησαν;
71,17 καὶ προσκύνησις post τιμὴ add.
quamquam Par. 1500 et Sin. 326 omnino fere inter se consentiunt, tamen certe dicere non possumus codicem Par. 1500 ex Sin. 326 fluxisse, quia codex Sin. 326 folio (inter folia 218v et 219r = 69,7 ἐνεργούντων - πιστὸς 70,13) omisso truncatus est.
lectiones, quibus Par. 1529 et Sin. 515 inter se coniunguntur, sunt
68,8 ὀνόματος pro ἀξιώματος;
68,14 τὸ ante τῶν add;
68,24 ἀντὶ om.

Codex Oxoniensis Bodleianus Thomas Roe 28 = R huius stirpis caput est: exhibet omnes huius familiae lectiones quae sunt maximi momenti et ponderis. praeterea vitat errores multos, qui in libris recentioribus huius familiae inveniuntur. paucas quidem lectiones proprias habet, e.g. 61,9 ὁ ante πλωτὴρ add; 71,7 τοὺς θαν. καὶ τοὺς κινδύνους. hic liber R praebet quasdam lectiones memoria dignas, e.g. 63,19 προσφαύσασθαι; 64,7 ἀναμφισβητήσιμον et alias.

Codex Vaticanus Palatinus gr. 245 nitide scriptus librum R arte sequitur. eius menda levia sunt:
63,13 ἡ pro ὁ;
66,21 λόγω pro λέγω;
67,6 μεταμάθητε pro μετάθηται;
71,1 τὴν χάριν καί ante τὴν add;
71,15 καρποφοροῦντα pro καρποφοροῦν;
71,15 τὴν pr om.
nil obstat, quin hunc librum e codice R exscriptum esse putemus.

Codex Parisinus gr. 767 arte coniunctus est cum Vat. Pal. 245, quoniam hi libri soli cum Sin. 521 (sc. fragmento octo linearum) exhibent lectionem ὑποσκευάζεται pro ἀποσκευάζεται (61,9). sed quoniam huius libri scriba satis erat doctus, ut manifestos evitaret errores, diiudicare non audeo, utrum hic liber pendeat a Vat. Pal. 245 an ex libro R.

Codicis Sinaitici gr. 521 fragmentum octo tantum linearum exstat. et inscriptio et tres lectiones variae addicunt hunc librum familiae *c*: 61,5 χωριακοὶ; 61,7 εὐπρόθεσμον; 61,9 ὑποσκευάζεται.

Codex Parisinus gr. 816 nonnullos exhibet errores graves, e.g.: 62,20 διελήλυθε pro διελύθη; 63,11-13 καὶ usque ad ὠφελεῖν om; 63,24 ἀληθείας pro εὐλαβείας; 64,21-22 φίλον usque ad ἴδιον om, etc. propter haec menda hic liber parvi pretii esse videtur.

Codex Athous Vatopediu 451 huius familiae novissimus est liber. huius libri inscriptio fere eadem est atque codicum R, Par. 767, Par. 816, Vat. Pal. 245, voce τοῦ Χριστοῦ ante μεγαλομάρτυρα collocata. suae familiae et stirpis lectionibus diligenter repetitis nonnulla exhibet menda propria:
62,2 καὶ αὐτὸς om;
63,1 θεὸν pro θεοῦ;
63,12 τῷ pro ἐν;
63,16 καὶ ante ἁγιασμὸν add (item Const. παναγ. τάφ. 773);
64,23 ἁγίω pro γενναίῳ;
65,14 λόγων pro λόγον;
66,6 κατ' pro κατὰ τὴν;
67,7 ἄφρονες pro ἔκφρονες (item Mosqu. 412, Par. 1185 A, G[a]);
67,11 μετ' om;
67,25 δικαστήριον pro δικαστικὸν;
68,16-17 εὐσεβῶς ζῆν προαιρ. ἢ ὀρθῶς παραρ.;
69,9 ἐν (ante παντὶ) om;
69,10 ἀπέξαιον pro ἀπέξεον;
70,21 περιστείλαντας.

Deinde codices Parisini gr. 1500 et 1529 simul tractandi sunt, qui sicut supra dixi, certis vinculis inter se cohaerent. quorum librorum codex

Par. 1500 librum R artius sequitur quam Par. 1529; septem saltem locis Par. 1500 consentit cum libris R, Par. 767, Par. 816, Vat. Pal. 245, Sin. 326 et Ath. Vat. 128, cum Par. 1529 textum traditum exhibeat:
61,5 χωριακοὶ pro χωριτικοὶ (cum Sin. 521);
63,24 ταῖς om;
67,24 ἐπισυμβάντος om (cum Sin. 515);
68,14 ὀλεθρίων om (cum Const. παναγ. τάφ. 48 et Par. 503);
68,20 τὸ κράτος om;
69,3 οὐκέτι om;
70,22 καὶ ἔχοντες om (cum Ath. Pantokr. 86, Const. παναγ. τάφ. 48).
menda propria libri Par. 1500 sunt haec:
61,7 τῆς pr om;
61,16 παρελθόντου pro παρελθόντος;
69,3 τοῦ δὲ pro οὐδὲ;
praeterea eandem inscriptionem prae se fert atque R, Par. 767, Par. 816 et Vat. Pal. 245 sola voce ἀρχιεπισκόπου omissa.
lectiones variae Par. 1529 sunt:
65,7 δὲ post ἐφόδου add;
66,16 βουλόμενον pro βουλευόμενοι.
65,18 scribit Par. 1529 ἔφησαν, quam lectionem magni aestimo et in textum accipere non dubito, praesertim cum hanc lectionem etiam libri K et Mosqu. 392 exhibeant. in inscriptione Par. 1529 sicut Par. 1500 omittit vocem ἀρχιεπισκόπου, atque τὸν τήρωνα post Θεόδωρον addit.

Codex Parisinus gr. 503 multis locis artissime sequitur Par. 1500 et 1529. in inscriptione consentit cum Par. 1529: τοῦ αὐτοῦ· ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα τοῦ Χριστοῦ Θεόδωρον τὸν Τήρωνα, sed quod ad menda attinet, crebro Par. 1500 comitatur. errores, quos hic liber solus exhibet, sunt:
64,8 ὁρωμένων pro φαινομένων;
69,2 καὶ τοῖς ἑαυτῶν ἐρθραινόμενοι αἵμασιν post μολυνόμενοι add;
69,9 διὰ παντὸς om;
70,14 τῶν pro τὰ;
70,26 τῆς pro τὰς;
71,3 κάλεσον τὸν συνώνυμον καὶ συνομότροπόν σοι Θεόδωρον post μαρτύρων add.
interdum Par. 503 consentit cum libris aliarum familiarum ut e.g.:
62,26 δικαίων pro δικαίου Athen. 252, Mosqu. 390, Par. 757, Par. 1176, Vat. 446;
63,11 ναὸν pro νεὼν Ath. Doch. 77;
65,4 τοὺς ante ὁπλιτικοὺς add G[a];
66,7 δὲ om Escor. Ω II 11;
66,11 τοῦ σώματος pro τὸ σῶμα Ath. Vat. 128, Brix. A III 3, Messan. Salv. 15, Vat. 446;

69,24 ἀπεργαζόμενος pro ἀπεργασάμενος G[a].
hunc librum satis contaminatum esse ex his exemplis elucet.

Codex Constantinopolitanus παναγίου τάφου 48 continet plurimas lectiones codicum Ath. Vat. 451, R, Par. 503, Par. 767, Par. 1500, Par. 1529, Sin. 326, Sin. 515 et Vat. Pal. 245, ut supra monstravi, sed exhibet paucas varias lectiones, quae occurrunt in aliis libris, et multos errores proprios. contaminatus videlicet est hic liber et scribae neglegentia infectus. affero exempla mendorum quaedam:
61,7 σπουδαίως ὄντως pro σπουδαίαν οὕτω;
61,8 τότε pro ταῦτα;
61,10 βόας pro βοῦς;
61,16 αὐτὸς post ζάλην add;
62,13 πρὸς pro περὶ;
62,20 διελθόντα pro διελύθη;
62,24 βαρέως pro βαρέα;
63,9 θεοῦ pro Χριστοῦ; etc.
inscriptio est eadem atque in Athen. 252, Athen. 2560, Ath. Dion. 43, Hier. Saba 80, X, Par. 757, Par. 760, Par. 773, Par. 1176, Patm. 180, N, Taur. C I 11, Ven. Marc. App. Cl. II 182.

Sin. 326 habet hanc inscriptionem orationis nostrae: τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου Νύσης (sic)· ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα τοῦ Χριστοῦ Θεόδωρον. inscriptio orationis in codice Sin. 515 est proxima illi, quae in libro R invenitur; solum τὸν τήρωνα post Θεόδωρον addit. sed his locis codex Sin. 515 ab omnibus ceteris libris discrepat:
64,8 ἐδήλωσεν pro ἐδίδαξεν;
64,16 στρατιωτῶν pro στρατηγῶν;
65,19 γενομένης pro ἐγγενομένης;
66,19 τῷ σῷ θεῷ Θεόδωρε;
67,23 σφοδρότερον pro φοβερώτερον.

De familia *d*

Familia *d* amplectitur undecim libros manu scriptos, qui sunt

Vindobonensis historicus gr. 3 = V[b] saec. XI
Atheniensis gr. 457 saec. XVI/XVII
Athous Pantokratoros 86 saec. XIII
Escorialensis gr. X III 14 saec. XII
Escorialensis gr. Ω II 11 saec. XII
Hierosolymitanus Saba 80 saec. XIII
Monacensis gr. 32 saec. XVI
Parisinus gr. 760 saec. XIV
Parisinus gr. 773 saec. XV

Vaticanus Barberinianus gr. 527 saec. XVII
Vaticanus Ottobonianus gr. 92 saec. XVI.

Quattuor libri ex eodem exemplari orti esse videntur. quorum dux est codex Vindobonensis historicus gr. 3 = V[b]. ceteri huius stirpis libri sunt Escorialensis gr. X III 14 saec. XII, Monacensis gr. 32 saec. XVI et Vaticanus Ottobonianus gr. 92 saec. XVI. Escor. X III 14 mutilus est; exstat solum initium orationis usque ad 62,15. hi quattuor eandem inscriptionem prae se ferunt: τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσσης· ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα τοῦ Χριστοῦ Θεόδωρον (ad finem τὸν στρατιώτην add Escor. X III 14).

Librorum menda communia sunt:
62,8 καὶ post δὲ add;
62,14 ὧν ante τοῖς add (sed non Escor. X III 14);
62,15 οὐδαμῶς pro οὐδαμοῦ;
63,13 ὀφελεῖν pro ὠφελεῖν;
64,1 παρακαλοῦσιν pro παρακαλοῦντες;
65,10 Θεόδωρος post οὗτος add;
68,4 κεναῖς post ὑποσύρειν add;
69,22-23 ἀγ. εἰρ. κατάγων, δαίμ. φυγαδεύων pro δαίμ. φυγαδεύων, ἀγ. εἰρ. κατάγων;
70,20 καὶ δεσπότην post βασιλέα add;
70,28 καὶ ἀσεβὴς post βέβηλος add.
V[b] cum filiis Mon. 32 et Vat. Ott. 92 constituit nucleum huius familiae, sed aliquot lectiones variae codicis V[b] inveniuntur in nonnullis codicibus familiae *e*, praesertim in Messan. Salv. 15. praeterea quaedam lectiones e X, qui est dux familiae *e*, et aliis codicibus sumpti sunt:
68,15 ὦ οὗτοι om (item Ath. Esphig. 17, Messan. Salv. 15, R, Vat. Ott. 85 et alii);
68,17 μᾶλλον om.
praeterea V[b] habet quinque lectiones, quae librum cum S et Mosqu. 216 coniungunt. sunt enim:
64,10-11 τῶν ἐνθάδε συρφετῶν;
65,3 πᾶσα ἡ οἰκουμένη;
69,7-8 καρτερῶς, ἀνενδότως;
70,17 δὲ om.
huic libro certam fidem tribuendam esse iudico.

Sunt quattuor libri manu scripti — Athen. 457, Escor. Ω II 11, Par. 760, Par. 773 —, qui cum familia *d* minus arte coniuncti sunt quam codices supra commemorati. quamquam generis mixti esse videntur, tamen maiorem affinitatem cum familia *d*, praecipue cum libro V[b], quam cum aliis familiis demonstrant.

Parisinus 773 e Parisino 760 fluxisse videtur. menda communia sunt:
64,15 γνώμη pro μνήμη;
64,21 φίλω pro φίλον;
67,15 καιρὸν pro ὥραν;
67,16 πάντες pro πάντως;
68,14 ἐπαγγελιῶν om;
68,17 καλὸν om;
69,5 τὰ ante πρὸς add;
69,12 θαύματος pro θαύματα;
69,19 κρίνουσα pro κατακρίνουσα;
70,11 ἐπουρανίων pro ἐπουράνιον;
70,29 διεφυλάχθημεν pro ἐφυλάχθημεν;
71,3 μετὰ om.
hi libri insuetam illam exhibent lectionem cum Brix. A III 3 et Ox. Barocc. 238: ματαίους pro ματαίας (68,10).

Codex Atheniensis gr. 457 proximus libris Par. 760 et 773 est. horum librorum menda communia sunt:
62,13 ἀπελθοῦσα pro ἀνελθοῦσα;
63,11 λιμένα pro λειμῶνα;
65,5 μετέβη pro διέβη;
65,18 κατέστησε pro κατέστησαν;
66,12 καὶ om;
66,13 ἐνεγκόντες pro ἤνεγκαν;
66,18 ἔφη om (idem Vat. Ott. 85).

Praeterea Escorialensis gr. Ω II 11 exhibet nonnullas lectiones varias, quibus coniungitur cum Par. 760 et Par. 773:
62,22 περιτυχὸν pro περιτυχὼν;
65,18 ὦ Θεόδωρε pro πόθεν (Escor. Ω II 11, Par. 760, Par. 773 et Athen. 457): Ath. Pantokr. 86 et Vat. Barb. 527 habent ὦ Θεόδωρε ante πόθεν;
68,4 ἐπαγγελίαις om;
68,5 ὦ Θεόδωρε ante ὡς add Escor. Ω II 11, Par. 760, Par. 773 et Athen. 252, Mosqu. 390, Par. 1176.
in folio 130v una columna et octo lineae attramento deletae sunt.

Necessitates codicum Athen. 457, Escor. Ω II 11, Par. 760, Par. 773, quas supra descripsi, et ex inscriptionibus horum librorum elucent. nam Par. 760 et Par. 773 habent eandem inscriptionem atque X: in Athen. 457 vox ἅγιον posita est ante Θεόδωρον addita voce τοῦ Χριστοῦ post μεγαλομάρτυρα: ἅγιον om. Escor. Ω II 11. quod autem attinet ad lectiones maioris momenti, hic grex comitatur ducem V^b.

Codex Hierosolymitanus Saba 80 saec. XIII, quem in specimine examinavi, incerti quidem est generis. sed exhibet lectiones, quae eum consentire cum Athen. 457 demonstrant. affero lectiones, quae non facile reiciendae sunt:
61,5 τε om Athen. 457, Escor. X III 14, Mon. 32, Par. 760, R et alii;
61,7 εὐπρόθεσμον R, Ath. Ivir. 592, Mon. 32;
62,1 ἀλλεξίκακον Athen. 457 solum;
62,5 λέγω om Athen. 457, Mon. 32, Par. 760, R et alii;
63,2 λαμπρὸν pro λαμπρῶς Ath. Doch. 78, Mosqu. 380, Patm. 180 Vat. 679;
64,2 ἐπικαλούμενον Vat. Ott. 91 solus;
64,9 τῷ om Athen. 457, Par. 760, S Σ et alii.
certe retinendae sunt hae lectiones:
64,7 ἀναμφισβητήσιμον recte;
63,18 δῶρον sine ὡς aut εἰς (item Mosqu. 216).
eandem inscriptionem habet atque multi libri familiae *e* (Ath. Dion. 43, Par. 757, Par. 760, Par. 1176, Taur. C I 11 et alii).

Codex Vaticanus Barberinianus gr. 527 ex Athoo Pantokr. 86 fluxisse videtur. menda communia sunt:
62,14 ἀσωμάτοις pro ἀσωμάτως;
63,2 μάλα ante λαμπρῶς add;
64,7 ἡδὺ καὶ ἐράσμιον καὶ οὐκ pro ἐράσμιον καὶ ἡδὺ καὶ;
65,18 ὦ Θεόδωρε ante πόθεν add (ὦ Θεόδωρε pro πόθεν Athen. 457, Escor. Ω II 11, Par. 760, Par. 773);
67,11 ποίαν δὴ ταύτην pro ποία δὲ αὕτη;
70,14 τοὺς om;
70,26 τὴν χρείαν pro τὰς χρείας Ath. Esphig. 17, Mosqu. 392;
71,12 καὶ τῶν σὺν σοί om.
praeterea sunt nonnulla menda, quae libros Ath. Pantokr. 86 et Vat. Barb. 527 artioribus vinculis colligant et cum singulis libris huius familiae et cum codicibus familiae *e*:
62,17 σεμνὸν pro σεμνῶς cum Escor. Ω II 11, Par. 760, Par. 773, Patm. 180, Vat. Ott. 85;
62,23 δὲ om cum X, Mosqu. 412, Patm. 180, Vat. Ott. 85;
64,7-8 προλαβὼν ὁ λόγος pro προλαβὼν λόγος cum X, Par. 757, Patm. 180;
64,20 τῶν ἀγώνων om cum Par. 760, Par. 773;
65,2 νυνὶ pro νῦν cum Athen. 252, Athen. 457, Ath. Doch. 77, Mosqu. 390, Par. 760, Par. 773, Par. 1176;
69,2 μολύνοντες pro μολυνόμενοι cum Matr. 4864, Par. 585, v;
69,16 οἶκον pro οἰκίσκον cum Par. 760, Par. 773, Par. 816.

De familia *e*

Duo et viginti libri manu scripti faciunt familiam *e*, qui sunt:

Parisinus gr. 499 = X saec. XI
Atheniensis gr. 252 saec. XIV
Athous Dionysiu 43 saec. XI-XII
Athous Esphigmenu 17 saec. XI
Athous Pantokratoros 26 saec. XI
Brixianus Querinianus gr. A III 3 saec. XVI
Constantinopolitanus παναγίου τάφου 773 saec. XVI
Hierosolymitanus Patriarchiu 136 saec. XIV
Matritensis 2725 saec. XVI
Messanensis Sancti Salvatoris 15 saec. XI
Mosquensis gr. 390 saec. XII
Mosquensis gr. 392 saec. XVI
Mosquensis gr. 410 saec. XV
Mosquensis gr. 412 saec. XV
Oxoniensis Bodleianus Baroccianus 238 saec. XI
Parisinus gr. 757 saec. XI
Parisinus gr. 1176 saec. XII
Parisinus gr. 1185 A saec. XIV
Patmensis 180 saec. XIII
Vaticanus gr. 446 saec. XII
Vaticanus Ottobonianus gr. 85 saec. X-XI
Taurinensis gr. C I 11 saec. XIV.

Quattuordecim libri manu scripti — Ath. Dion. 43, Brix. A III 3, Const. παναγ. τάφ. 773, Matr. 2725, Messan. Salv. 15, Mosqu. 392, Mosqu. 410, Mosqu. 412, X, Par. 757, Patm. 180, Vat. 446, Vat. Ott. 85, Taur. C I 11 — ligati sunt artissimis vinculis, id est lacunis communibus, quas exhibent soli hi codices familiae *e*: 63,5 verba ἐν usque ad 11 καὶ et 11 verba λαμπρὸν usque ad 13 ὠφελεῖν desunt. (Ath. Esphig. 17 in ceteris quadrat cum hoc ramo familiae. sed quia pars huius libri deest, diiudicari non potest, an hic liber illas lacunas praebuerit.) aliae lectiones propriae sunt hae:

63,11 τῷ οἴκῳ post λειμῶνι (sic Ath. Dion. 43, Brix. A III 3, Messan. Salv. 15, Mosqu. 392, Mosqu. 410, Mosqu. 412, Par. 757, Vat. Ott. 85: λειμῶνος X, Vat. 446: λειμῶνι τῷ et lacuna in Taur. C I 11) add Ath. Dion. 43, Brix. A III 3, Messan. Salv. 15, Mosqu. 392, Mosqu. 410, Mosqu. 412, X, Par. 757, Patm. 180, Vat. 446, Vat. Ott. 85.
71,9 verba μή alt usque ad 17 τιμὴ desunt in Athen. 252, Mosqu. 390, X, Par. 1176, Vat. 446.

ad 65,3 post μάρτυς exhibent ἅπαση Messan. Salv. 15: ἅπας Athen. 457, Brix. A III 3, Mosqu. 380, Mosqu. 412, Ox. Barocc. 238, Par. 760, Vat. Ott. 92, V^{b}: ἁπάσης X: γὰρ ἅπας Athen. 2560, Ath. Doch. 77, Ath. Ivir. 592, Ath. Pantokr. 26, Ath. Vat. 128, Med. Ambr. C 135 inf, Mosqu. 216, Ox. Cromv. 9, Par. 1185 A, Vat. 1433, S, K, Vind. theol. 42, Vind. theol. 95: ἅπαν Par. 773.

Praeterea singuli libri a sua familia dissentiunt et cum aliis congruunt, cuius rei exempla iam afferamus: codex X maxima affinitate coniunctus est cum Vat. 446, Mosqu. 390, Athen. 252 et Par. 1176. quam cognationem confirmat consensus quinque librorum X, Athen. 252, Mosqu. 390, Par. 1176, Vat. 446 his locis:

61,15 δὴ om;
67,25 ὁ μακάριος post δὲ add;
67,26 ἦν ἐν μέσῳ τοῖς (τοῦ Mosqu. 390) pro ἐν τοῖς μέσοις;
68,12 προτεταγμένος (ὁ προτεταγμένος Mosqu. 390) pro πρωτοτακτῶν;
71,9 verba μή alt usque ad 17 τιμὴ desunt in X, Athen. 252, Par. 1176, Vat. 446. pro illis interpolata haec verba inveniuntur: ἀλλ' ὁ (om Mosqu. 390) οὐράνιος ἄρτος Χριστὸς (om Athen. 252, Mosqu. 390, Par. 1176) βασιλευέτω ἡμῶν, ὅτι αὐτοῦ (ἐστὶν add Mosqu. 390) ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις (καὶ ἡ δύναμις om X, Par. 1176) καὶ ἡ δόξα σὺν τῷ (τῶν Mosqu. 390) ἀνάρχῳ (ἀνάρχῳ solum Athen. 252) πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ (παναγίῳ Athen. 252, Mosqu. 390) καὶ ἀγαθῷ (καὶ ἀγαθῷ Athen. 252, Mosqu. 390) καὶ ζωοποιῷ πνεύματι. Vat. 446 hoc loco est mutilus; in eo sola verba ἀλλ' ὁ σὺν τῷ et καὶ ζωοποιῷ inveniuntur.

eiusdem igitur originis sunt libri X, Mosqu. 390, Par. 1176, Vat. 446.

Codices Athen. 252, Mosqu. 390 et Par. 1176 certis testimoniis inter se coniunguntur:

61,14 ἀλλὰ πρὸς τὴν γλυκεῖαν om;
61,18 καὶ φοβερὸν om;
62,5 ἐν τῷ κόσμῳ pro ἐν κόσμῳ;
62,14 τὸ om;
63,7 μορφάς, τὰς om;
63,13 πεποίηκε;
64,15 θανέντων pro φανέντων;
65,9 γραμματείῳ pro γράμματι;
65,12-13 καὶ μάχης om;
65,13 ποιήσας;
65,18 κατέστησαν: χαρέστησαν;
66,11 τὸ σῶμα om;
67,13 αὐτοῦ που om;
67,14 γενναῖος ἀθλητής;
67,26 καταχρινομένου;

68,9 ἐγὼ om;
68,20 ἀξίωμα om;
68,21 ἀνέθηκαν;
69,2 τινες om;
70,11 τινα: τὴν;
70,23 ὠδίνουσι;
71,5 ὁμοίως om;
71,9 ἐκφυὲν pro ἐγερθὲν.
sine dubio Mosqu. 390 et Par. 1176 ex eodem fonte derivantur. quid vero intersit inter Athen. 252 et Mosqu. 390, Par. 1176 et libros alios familiae *e*, non facile diudicatur. nonnulla autem, si placet, afferam exempla, quae ostendunt et propinquitatem codicum Athen. 252 et Mosqu. 390 et cognationem horum librorum cum aliis libris familiae:
62,17 σεμνὸν pro σεμνῶς Mosqu. 390 cum aliis libris familiae *e*;
62,19 οὐ γὰρ pro οὐδὲ γὰρ Athen. 252;
63,5 εἰκόσι pro εἰκόνι Athen. 252, Mosqu. 390;
66,10 τῇ pro τὴν Mosqu. 390 et Par. 1176;
66,14 ὑφελκόμενον pro ἐφελκόμενον Mosqu. 390, Par. 1176;
67,25 ὁ pro οἱ Athen. 252, Mosqu. 390, Par. 767;
70,4 μυρμηκώδη pro τῶν μυρμήκων Athen. 252, Mosqu. 390, Par. 767.
quae cum ita sint, librum Athen. 252 cum Mosqu. 390 contaminatum esse iudico.

Haud raro concinunt libri Athen. 252, Mosqu. 390, Par. 1176 vel cum uno vel cum omnibus testibus familiae *e*. exempla, quae infra afferam, demonstrant varias lectiones hinc illinc mutuatas esse:
65,6 ἔνθα δὴ pro ἐνθάδε Vat. 446;
65,6 διαταχθείσης ἀσεβείας pro διαταχθείσης Vat. 446;
65,8 τῷ om Ath. Doch. 77, X, G^{a}, Vat. 446, Vat. Ott. 85;
66,2-3 ἡγοῦντο τῆς βασιλείας coll Ath. Doch. 77, X, Vat. 446;
66,4 καρδία pro γνώμῃ Ath. Doch. 77, X, Vat. 446;
66,11 τὸ σῶμα om Vat. 446;
68,15 γάρ μοι om Vat. 446;
68,17 θεοῦ μου pro θεοῦ Mosqu. 392, Mosqu. 410;
68,17 οἰκεῖν με Mosqu. 392;
68,18 τούτους om Ath. Doch. 77, X, Vat. 446;
68,22 ἀμφιέσκονται pro ἀμπίσχονται Ath. Esphig. 17, Mosqu. 392, Mosqu. 410, Par. 757, Patm. 180, Vat. 446.
70,3 ἀφικομένων pro ἀφικνουμένων Vat. 446;
70,7 σου pro σοι Messan. Salv. 15;
70,10 τῆς ἑορτῆς ἔφορος om Ath. Doch. 77;
70,21 καὶ συγγενεῖς om Ath. Doch. 77;
70,28 ἄθεος pro ἄθεσμος Par. 816.

Denique certi errores probare videntur scribam libri Vat. 446 nonnullas lectiones e codice X sumpsisse:
61,5 ἐπιχώριοι pro χωριτικοί;
61,14 οἰκίαν pro γλυκεῖαν;
62,15 τὸ ante ἐκείνης add;
62,19 ἔχον post σωμάτων coll;
64,15 τιμῇ pro μνήμῃ;
65,19 εἰς om;
68,11 ἔτι καὶ ἔτι pro ἐπὶ πλέον;
69,13 καὶ pr om;
70,16 πάθους ἑνὸς καὶ om.
nonnulla menda codicis X neglegentia scribae orta sunt. certe liber X dignus est, qui hoc agmen tredecim codicum familiae *e* ducat, quamvis lacuna 63,5-11 sit mutilatus. — libri X, Athen. 252, Athen. 2560, Ath. Dion. 43, Const. παναγ. τάφ. 48, Hier. Saba 80, Par. 757, Par. 760, Par. 773, Par. 1176, Patm. 180, Vat. 446, Vat. Pal. 308, Taur. C I 11, Ven. Marc. App. Cl. II 182 eandem inscriptionem habent.

Codicem Vaticanum Ottobonianum gr. 85 (quamvis dubitanter) repudio. est quidem fortasse vetustissimus huius familiae *e* liber. exhibet nonnulla menda pessima:
61,19 τριβόλων pro τρίλοφον;
62,5 τῶν alt usque ad καὶ om;
63,19 τοῦ om;
64,9 τῆς τῶν μελ. ἐπαγγελίας pro τῇ τῶν μελ. ἐπαγγελίᾳ;
64,14 ἀρχαιότυπα pro ἀρχέτυπα;
65,5 χώραν τῆς om (χώραν om Mosqu. 390, Mosqu. 392, Mosqu. 410, Mosqu. 412, R, X);
65,16 ταυτῷ pro ταὐτὸ;
67,7 σωφροσύνην usque ad τὴν om;
67,8 ὅταν om;
68,11 ἔτι pro ἐπὶ pr. et ἐπεὶ pro ἐπὶ alt;
69,5 ὅτι pro ἔτι;
71,16 καὶ ζωοποιῷ post ἁγίῳ add;
71,17 τῶν αἰώνων ἀμήν om.
inscriptio eius brevis est: τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσης (sic) εἰς Θεόδωρον τὸν μάρτυρα. et additamentum καὶ ζωοποιῷ (vide supra) et lacunae quae occurrunt 63,5-11 et 11-13 demonstrant Vat. Ott. 85 eiusdem generis esse atque X, Athen. 252, Par. 1176 et Vat. 446. quae cum ita sint, in apparatu critico solo de libro X huius familiae teste rationes dabo.

Libri Ath. Dion. 43, Ath. Esphig. 17, Mosqu. 392, Mosqu. 410, Par. 757, Patm. 180 adeo coniuncti sunt, ut tertiam huius familiae *e* stirpem

efficiant. omnes (praeter Ath. Esphig. 17, cui initium totum usque ad 63,25 deest) et lacunas 63,5-11 et 11-13 (etiam Mosqu. 412) et menda communia habent haec:

63,22 ζῶν αὐτὸ coll Ath. Dion. 43 (in Ath. Esphig. 17 hic lacuna), Mosqu. 392, Mosqu. 410, Par. 757, Patm. 180;

64,15 δοξάζεται δόξῃ pro μνήμῃ δοξάζεται (Ath. Dion. 43 hic legi non potest) Ath. Esphig. 17, Mosqu. 410, Par. 757, Patm. 180 (μνήμῃ om Mosqu. 392);

68,9 Θεόδωρος post τρισμακάριος add (Ath. Dion. 43 hic legi non potest) Ath. Esphig. 17, Mosqu. 392, Mosqu. 410, Par. 757, Patm. 180;

68,12 ὡς usque ad ἀδικώτερος om Ath. Dion. 43, Ath. Esphig. 17, Mosqu. 392, Mosqu. 410, Par. 757, Patm. 180 et Par. 760, Par. 773.

haec omnia confirmant hos codices Ath. Dion. 43, Ath. Esphig. 17, Mosqu. 392, Mosqu. 410, Par. 757 et Patm. 180 ex uno exemplari ortos esse.

Codex Athous Dionysiu 43 non est bene conservatus. multis locis vix legi potest. liber haud raro consentit cum Mosqu. 392, Mosqu. 410, Patm. 180 et Ath. Esphig. 17. hi quinque libri ex communi fonte orti sunt. ecce communia menda:

62,4 λατρείας pro θρησκείας;

63,21 πάντες ante οἱ add;

63,24 πᾶσι pro πάσαις;

67,26 ἐπέχων pro ἔχων;

68,12 προστατῶν pro πρωτοτακτῶν;

68,12 ὡς usque ad ἀδικώτερος om (idem Par. 757 et Par. 760);

71,16 δόξα ante ἅμα coll.

denique indicare opportet lectiones, quibus hic liber Ath. Dion. 43 cum aliis quibusdam huius familiae codicibus coniungitur:

64,9 ἐκ pro ἀπὸ Mosqu. 392, Mosqu. 410, Patm. 180;

64,15 δοξάζεται δόξῃ pro μνήμῃ δοξάζεται Mosqu. 410, Patm. 180 et Par. 757 (Mosqu. 392 μνήμῃ om);

65,13 πρὸς τοὺς ἀγῶνας pro πρὸς τοὺς κινδύνους Mosqu. 392, Mosqu. 410;

67,12 τῶν θεῶν μητρὶ pro μητρὶ τῶν θεῶν Mosqu. 392, Mosqu. 410;

68,7 ἔνδοξον pro ἔντιμον Mosqu. 392, Mosqu. 410 et Ath. Ivir. 592;

70,7 σου pro σοι Mosqu. 390, Mosqu. 410.

Codex Parisinus gr. 757 exhibet menda nullius momenti, e.g.:

61,15 εἰρήνην συνάγων coll;

62,12 καλλίστην pro παροῦσαν;

62,13 ἐπὶ pro περὶ;

69,23 τοῦ Χριστοῦ pro Θεοῦ;

70,4 ὁραιότητα pro ὁμοιότητα, et cetera.

hic liber affinis est Mosquensibus 392 et 410 ει Patmensi 180, cf. e.g.:

ἄφρον pro ὁ φρονῶν (64,13). ceterum Par. 757, Ath. Dion. 43, Ath. Esphig. 17, Mosqu. 392, Mosqu. 410, Patm. 180 coniuncti sunt his lectionibus: 64,13 ὦ οὗτος pro οὕτως; 68,12 ὡς usque ad ἀδικώτερος om (idem Par. 760).

Codices Mosquenses gr. 392 et 410 inter se coniunguntur his locis: 64,3-4 ἐναντίον κυρίου om; 70,14 ἧκε: ἐλθὲ (Mosqu. 410 ἐλθὲ νῦν); 70,26 τὰς χρείας: τὴν χρείαν; 71,15 ἀρούρῃ. contra minoris momenti sunt lectiones hae: 64,3 πάντων om Mosqu. 410; 70,28 ἵνα: θέλων Mosqu. 392; 70,29 ὢν: σοῦ Mosqu. 392.

Sunt etiam errores, quibus Mosqu. 392 et 410 cum stirpe Athen. 252, Mosqu. 390, Par. 1176 vel cum stirpe Ath. Dion. 43, Par. 757, Patm. 180 vel cum utraque coniunguntur:

61,9-10 ὑπὲρ καπνοῦ: ὑπὸ κρυμοῦ Athen. 252, Ath. Dion. 43, Mosqu. 390, Mosqu. 392, (ὑπὸ καπνοῦ Mosqu. 410), Par. 1176, Patm. 180, Vat. 446;

63,22 ζῶν αὐτὸ pro αὐτὸ ζῶν Ath. Dion. 43, Mosqu. 392, Mosqu. 410, Par. 757, Patm. 180;

63,24 πᾶσι pro πάσαις Ath. Dion. 43, Mosqu. 392, Mosqu. 410, Patm. 180;

64,9 ἐκ pro ἀπὸ Ath. Esphig. 17, Mosqu. 392, Mosqu. 410, Patm. 180;

67,10 τάξιν pro πρᾶξιν Ath. Esphig. 17, Mosqu. 392, Mosqu. 410, X, Par. 757, Patm. 180, Vat. 446;

68,9 τρισμακάριος Θεόδωρος Mosqu. 392, Mosqu. 410 et Ath. Esphig. 17, Par. 757, Patm. 180;

68,12 προστατῶν Ath. Dion. 43, Ath. Esphig. 17, Mosqu. 392, Mosqu. 410, Patm. 180;

68,17 θεοῦ μου Athen. 252, Mosqu. 390, Mosqu. 392, Mosqu. 410, Par. 1176;

68,22 ἀμφιέσκονται Mosqu. 392, Mosqu. 410 et Ath. Dion. 43, Par. 757, Patm. 180, Vat. 446 et Athen. 252, Mosqu. 390, Par. 1176;

69,3 τὴν om Mosqu. 392, Mosqu. 410 et Ath. Dion. 43, Ath. Esphig. 17;

69,4 ἐνεδείκνυντο pro ἐπεδείκνυντο Mosqu. 392, Mosqu. 410 et Athen. 252, Mosqu. 390, Par. 1176 et Ath. Dion. 43, X, Par. 757, Patm. 180 (et Vat. 446);

69,10 ἀπέξαινον Mosqu. 392, Mosqu. 410, (ἀπέξενον Mosqu. 412) et Ath. Dion. 43, Ath. Esphig. 17, Par. 757;

69,20 καλὴν ὁμολογίαν Mosqu. 392, Mosqu. 410 et Ath. Esphig. 17 solum;

70,5 τῷ πλήθει τοῖς Mosqu. 392, Mosqu. 410 et Ath. Dion. 43, Ath. Esphig. 17, Par. 757, Patm. 180;

71,2 καὶ om Mosqu. 392, Mosqu. 410 et Athen. 252, Mosqu. 390, Par. 1176.

Codex Messanensis Sancti Salvatoris 15 infectus est multis erroribus praecipue orthographicis. qua de re suspicor scribam huius libri inexpertum linguae Graecae fuisse. praeter lacunas supra commemoratas Messan. Salv. 15 cum unum mendum tum unam lacunam exhibet, quibus coniungitur cum aliis quibusdam libris: 64,14 σαρκικῶν pro σκιῶν (idem Const. παναγ. τάφ. 773, Matr. 2725, Taur. C I 11); 71,13 ἐν τοῖς μάρτυσι om (idem Vat. 1433, Vat. Ott. 91). omnino insolita in Messan. Salv. 15 est locutio Ποσιδόνιος (sic) δουκινάτωρ εἶπεν, quae inserta est ante ἔστι (66,18). quae verba manifeste scriba interpolavit. nomen vero Posidonii invenitur in utraque sancti Theodori passione (vide H. Delehaye, Légendes grecques, p. 128. 139). e Messan. Salv. 15 proles non derivatur. hunc librum Gebhardt iudicat esse "perdifficilem intellectu" (GNO IX p. 142), cf. Lendle (248): "überaus undurchsichtig".

Tres libri huius familiae validis vinculis coniuncti sunt. hi sunt Taurinensis gr. C I 11, Constantinopolitanus παναγίου τάφου 773 et Matritensis 2725. quorum recentiores Const. παναγ. τάφ. 773 et Matr. 2725 saec. XVI ex Taur. C I 11 conscripti sunt, quod elucet e mendis gravioribus horum codicum:

63,5 κατέχρωσε pro ἐπέχρωσε;
63,21 ποθητὸν pro πολυπόθητον;
63,24 προσεγγίζοντες pro προσάγοντες;
64,4 πάντως post γὰρ add;
64,14 σαρκικῶν pro σκιῶν (idem Messan. Salv. 15);
65,7 βαρβαρικοῦ pro βαρβαρικῆς;
65,8 δόγματος om;
67,1 ἢ usque ad ὗς om;
67,5 πρὸς διάσκεψιν om (et Mosqu. 412);
67,11 ποιήσασθαι pro ὑποδείξασθαι;
67,19 ἐπιχείρησιν pro ἐγχείρησιν;
68,23 σκυθρωπὸν om;
70,15 πρὸς pro εἰς;
70,23 Σκῦθαι om.

hic liber Taur. C I 11 perspicuis erroribus et omissionibus abundat.

Codex Brixianus Querinianus gr. A III 3, qui est liber sine dubio contaminatus, exhibet non solum menda suae familiae, sed etiam aliorum codicum, praecipue Ox. Barocc. 238 et Taur. C I 11. itaque Brix. A III 3 fortasse ex Ox. Barocc. 238 et Taur. C I 11 derivatus est. lectiones gravioris momenti sunt hae:

65,2 κατελήφθει pro ἀπελείφθη Ox. Barocc. 238;
65,12 ἢ ante καὶ add Taur. C I 11;
65,17 τε pro ποτὲ Ox. Barocc. 238;
68,2 ἐπειδὴ pro ἐπειδὴ δὲ Ox. Barocc. 238 et Messan. Salv. 15;

68,7 σὺ pro σοι Ox. Barocc. 238 et Messan. Salv. 15, Par. 585;
68,10 ματαίους pro ματαίας Ox. Barocc. 238 (et Par. 760, Par. 773);
68,19 νόμον om Taur. C I 11 (et Mosqu. 412);
68,23 σκυθρωπὸν om Taur. C I 11;
70,10 εἴης pro ἧς Taur. C I 11 (et Mosqu. 412).

Codex Mosquensis gr. 412 nimirum lacunas familiae *e* exhibet, quas supra enumeravi. menda quibus liber coniunctus est cum libris diversarum familiarum monstrant ex vetustioribus libris certas lectiones in Mosqu. 412 transfluxisse:

62,13 ἀπελθοῦσα Athen. 457, Par. 760, Par. 773;
64,12 συμπορεύεσθαι Vat. 446;
64,13 οὕτως: ὢ οὗτος Ath. Dion. 43, Mosqu. 410, Par. 757, Patm. 180;
65,15 δαίμων αὐτὸ Hier. Patr. 136;
66,13 ὁρῶντες pro βλέποντες G^a;
67,5 διάσκεψιν om Taur. C I 11;
68,12 πρωτοτάκτων Ath. Pantokr. 26, Messan. Salv. 15, Mosqu. 216;
68,16 ζῆν om Ath. Esphig. 17, Messan. Salv. 15, Mosqu. 392, Mosqu. 410, Par. 760, Patm. 180, Taur. C I 11, V^b et alii;
68,18 νόμον pro ἄνομον Const. παναγ. τάφ. 773, Matr. 2725, Ox. Barocc. 238, Taur. C I 11;
69,8 καὶ om Escor. Ω II 11, Messan. Salv. 15, Ox. Barocc. 238, Par. 760, Vat. Ott. 85, N, V^b et alii;
69,19 τὴν om Ath. Vat. 128, G^a, Vat. 446, Vat. Ott. 85 et alii;
70,9 σὺ δέ om Escor. X III 14, Messan. Salv. 15, Par. 760, Vat. Ott. 85, Taur. C I 11 et alii;
70,29 σοῦ λογιζόμεθα: συλ(λ)ογιζόμεθα Messan. Salv. 15, Mosqu. 390, Taur. C I 11;
71,13 θαύμασι pro μάρτυσι Ath. Vat. 128, Const. παναγ. τάφ. 48, N;
71,13 λάλον Ath. Esphig. 17, Const. παναγ. τάφ. 773, Matr. 2725, Par. 757, Patm. 180, Vat. Ott. 85, Taur. C I 11;
71,13 ἀποδειχθῇ Brix. A III 3, Const. παναγ. τάφ. 773, Matr. 2725, Ox. Barocc. 238, Vat. Ott. 85, Taur. C I 11.

lectiones propriae libri Mosquensis sunt: 64,1 θεοῦ: Χριστοῦ; 69,17 καθευδόντων om; 71,13 εὔλαλον pro θάλλον.

De familia *f*

Codex Parisinus gr. 1450 = G^a saec. XI est bonus dux familiae *f* et dignus quem retineam. affinis est codex G^a nonnullis codicibus familiae *e*. nam consentit cum Ath. Esphig. 17, Ath. Kutl. 48, Mosqu. 392, Mosqu. 410, Par. 757, Patm. 180 in hac lectione, quam in textum recepi: soli enim hi septem libri exhibent καὶ ταύτας παρέχοντα (64,1). in

Ath. Dion. 43 vestigia litterarum inter δωρεᾶς et ὅταν sunt, quae non iam leguntur. aliae lectiones communes et menda communia sunt:

62,21 καὶ pr om G^{a}, Mosqu. 392, Mosqu. 410, Par. 757, Patm. 180;
62,22 τοῦ om G^{a}, Par. 757, Patm. 180 (idem X, Ath. Kutl. 48, Vat. 446);
62,23 τῇ ὄψει pro τὴν ὄψιν G^{a}, Mosqu. 412, Par. 757, Patm. 180 et Ath. Vat. 451;
65,8 γὰρ om G^{a}, Ath. Dion. 43, Ath. Esphig. 17, Mosqu. 392, Mosqu. 410, Par. 757, Patm. 180 et Par. 816;
71,9 εὑρεθὲν pro ἐγερθὲν G^{a}, Patm. 180 et Vat. 446.

G^{a} habet eandem inscriptionem quam X, Ath. Dion. 43, Par. 757, Patm. 180, sed ἐπισκόπου om.

Codex Athous Kutlumusiu 48 ex G^{a} fluxisse videtur; continet enim quattuor lectiones, quae solum in his libris inveniuntur:

66,13 ὁρῶντες pro βλέποντες (et Mosqu. 412);
67,5 ὅπως pro ἴσως;
67,9 ἀθλητής pro ἄνθρωπος;
71,14 μέχρι τέλους om.

Codex quoque Venetus Marcianus gr. II 182 ex G^{a} exaratus esse videtur. liber mutilus explicit voce βασιλέων (68,24). quamvis lacuna indicata sit in fine folii 2v his verbis: τὸ λεῖπον εἰς τὸ τέλος τοῦ βιβλίου, in fine codicis (fol. 354) nil invenitur. Ven. Marc. II 182 concinit cum G^{a} mendis communibus. bis verum non solum cum G^{a}, sed etiam cum Ath. Kutl. 48 consentit: 62,13 τῶν ἐνθάδε post γὰρ add., et ἀπολυθεῖσα pro ἀνελθοῦσα. praeterea G^{a} et Ven. Marc. II 182 praebent νηπιῶδες pro νηπιώδη (66,21).

His tribus libris (G^{a}, Ath. Kutl. 48, Ven. Marc. II 182) licet addere Mosquensem gr. 380, Vaticanum gr. 679, Athoum Dochiariu 78 et in parte Athoum Dochiariu 77, cuius initium ex Med. Ambr. C 135 inf exaratum est. qui omnes habent ὀνειδίζωσι τοῖς νήφουσιν pro τοῖς νήφ. ὀνειδ. (67,8). praeterea quinque libri (Ath. Doch. 78, Ath. Kutl. 48, Mosqu. 380, G^{a}, Vat. 679) τῆς ante τιμῆς addunt (62,16). tres denique libri (Ath. Doch. 78, Mosqu. 380 et Vat. 679) originem ducunt e communi fonte, quam rem testantur menda haec:

61,11 τῆς om Ath. Doch. 78, Mosqu. 380 (et Hier. Patr. 136, Messan. Salv. 15);
63,15 αἰσθητοῖς om Ath. Doch. 78, Mosqu. 380;
64,7 ἐράσμιον om Ath. Doch. 78, Mosqu. 380;
67,22 καὶ post μέντοι add Ath. Doch. 77, Ath. Doch. 78, Mosqu. 380, Vat. 679;
68,6 εὐθέως pro εὐθύς Ath. Doch. 78, Mosqu. 380, Vat. 679.

ex lectionibus variis supra memoratis concludere licet cum libros Mosqu. 380 et Vat. 679 fratres esse tum Ath. Doch. 78 ex Mosqu. 380 derivatum esse. inscriptiones vero librorum Ath. Doch. 77, Ath. Doch. 78, Mosqu. 380 et Vat. 679 inter se differunt, sed tres eorum (Ath. Doch. 77, Ath. Doch. 78, Mosqu. 380) pro nomine Theodori exhibent τὸν Τήρωνα.

De familia *g*

Quinque libri manu scripti constituunt familiam *g*, qui sunt

Athous Iviron 592 saec. XIV
Vaticanus gr. 1433 saec. XIII
Vaticanus gr. 1907 = S saec. XII vel XIII (ineuntis)
Vaticanus Ottobonianus gr. 91 saec. XVI-XVII
Vindobonensis theologicus gr. 95 saec. XIII.

Hac in familia praecipui testes sunt Vat. 1433, S, Vat. Ott. 91, qui his lectionibus inter se coniunguntur:

67,17-18 πᾶσι γινομένου pro ἅπασι γενομένου Ath. Ivir. 592, Vat. 1433, S, Vat. Ott. 91 (pars post πράγματος (67,17) usque ad finem deest in Vind. theol. 95);
67,22 ὁ pro ὡς Vat. 1433, S, Vat. Ott. 91;
68,8 ἐκγελάσας pro ἐγγελάσας;
69,8 ταῖς βασάνοις om Mosqu. 392, Vat. 1433, S, Vat. Ott. 91;
69,22 δαιμόνια pro δαίμονας Vat. 1433, S, Vat. Ott. 91;
70,2 ἐπιτελοῦμεν pro τελοῦμεν Ath. Ivir. 592, Vat. 1433, S, Vat. Ott. 91;
71,14 τῆς usque ad πίστεως om Vat. 1433, S, Vat. Ott. 91 (τοῦ Χριστοῦ pro τῆς usque ad πίστεως exhibent Ath. Ivir. 592 et Ath. Ivir. 591);
71,16-17 τιμὴ καὶ κράτος pro κράτος τιμή Ath. Ivir. 592, Vat. 1433, S, Vat. Ott. 91.

Colligati sunt S, Vat. 1433, Vat. Ott. 91 (et Ath. Ivir. 592) cum Vind. theol. 95 mendis sequentibus, quibus concinunt interdum alii quidam libri:

63,16 καὶ post θήκῃ add Vat. 1433, S, Vat. Ott. 91, Vind. theol. 95 et Ath. Vat. 451, Const. παναγ. τάφ. 773, Taur. C I 11;
66,5 οὔτε pro οὐδὲ Mosqu. 216, Vat. 1433, S, Vat. Ott. 91, Vind. theol. 95 et Ath. Doch. 77, Ath. Doch. 78, X, G^{a}, Vat. 446.

Hoc in grege excellit codex Vaticanus gr. 1907 = S, testis fidelis huius memoriae. quippe qui multa contribuat ad textum aliorum opusculorum Gregorii Nysseni constituendum, supervacaneum est hunc librum fusius describere. paucis tantum infectus est mendis, quae Vaticanus gr. 1433, qui ex S exaratus est, fere omnia repetit. deinde recentior liber Vaticanus Ottobonianus gr. 91 ex Vat. 1433 exaratus est. notandum enim est Vat.

1433 et Vat. Ott. 91 solos lacunam exhibere 68,5 καὶ usque ad 68,7 γνώριμον. omnes videlicet hi libri inter se omnino consentiunt.

Codex Athous Iviron 592 praestat multas lectiones quibus S, Vat. 1433 et Vat. Ott. 91 consentiunt cum aliis quibusdam libris, ut supra indicavi.

Codex Vindobonensis theologicus gr. 95 imperfectus a scriba relictus est. inscriptio enim et textus ab ταχέως (67,17) usque ad finem ei desunt. ut supra demonstravi, hic liber exhibet ea menda, quae sunt communia libris S et Vat. 1433. praeterea nonnullae lęctiones huius libri inveniuntur et in S (et Vat. 1433) et in aliis quibusdam libris:

61,7 ἐμπρόθυμον pro ἐμπρόθεσμον (εὐπρόθεσμον Ath. Ivir. 592 et alii) Escor. Ω II 11;
61,8 ἐνέθηκε pro ἐπέθηκε Vat. Ott. 91, Escor. Ω II 11 et alii (Mosqu. 216, Mosqu. 392);
62,18 πολύτιμον pro πολυτίμητον Ath. Ivir. 592, Vat. Ott. 91 et alii;
63,2-3 κάλλει τῆς ἐπικοσμ. pro τῆς ἐπικοσμ. κάλλει Ath. Ivir. 592, Vat. Ott. 91 et alii (Mosqu. 390, Mosqu. 392);
63,10 βίβλω pro βιβλίῳ Ath. Ivir. 592, Ath. Pantokr. 26, Mosqu. 216, Vat. Ott. 91 et alii;
64,9 τῷ om Ath. Ivir. 592, Ath. Pantokr. 26, Vat. Ott. 91 et alii;
64,11 τὸν ἐσμὸν post πάντων add Ath. Ivir. 592, Ath. Pantokr. 26, Vat. Ott. 91 et Hier. Patr. 136, Mosqu. 216, Par. 1185 A.

Vind. theol. 95 igitur valde corruptus est; magna parte omissa reliquum textus exhibet novem errores vel coniecturas.

De familia *h*

Novem libri manu scripti constituunt certum gregem, quem familiam *h* appello. vetustissimus eorum, qui forsitan fons est ceterorum, est Mosquensis gr. 384 = Σ saec. XI. quem sequuntur Athous Kutlumusiu 40 saec. XIII, Athous Vatopediu 630 saec. XIV/XV, Athous Iviron 591 saec. XVI, Constantinopolitanus τῆς θεολογικῆς σχολῆς 32 itidem saec. XVI; accedunt Athous Panteleimonos 196 et Athous Xiropotamu 138, quorum uterque est saec. XVII. familia *h* memoriae constantia praecellit. hac in familia liber Σ non modo vetustissimus, sed etiam optimus est.

Praeterea pertinent ad hanc familiam *h* duo libri manu scripti, Athoi Lavras Δ 84 et E 188. librarius monasterii Lavras mihi unam solam concessit horam his libris incumbere studenti; valde doleo, quia vetabar imagines lucis ope depingere. nihilominus dubium non est, quin libri Ath. Lavr. Δ 84 et Ath. Lavr. E 188 familiae *h* sint addicendi. inscriptio omnium novem codicum una eademque est: τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσσης· ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα τοῦ

Χριστοῦ Θεόδωρον. eandem inscriptionem exhibent Athen. 457, Mon. 32, Ath. Pantokr. 26, Par. 1185 A, Vat. Ott. 92 et V^{b}.

Lectiones quibus coniunguntur libri huius familiae sunt:

65,9 προστάγματι pro γράμματι (omnes codices familiae *h*);
69,7 κατέξεον pro κατέξαινον (omnes codices familiae *h*);
71,17 προσκύνησις pro τιμὴ usque ad καὶ alt (omnes codices familiae *h* praeter Σ). haec lectio sola est, quae concludere vetat libros Ath. Ivir. 591, Ath. Kutl. 40, Ath. Pantel. 196, Ath. Vat. 630, Ath. Xir. 138, Const. θεολ. σχολ. 32 recta via e codice Σ fluxisse.

Accipe denique alias quasdam lectiones varias, quae inveniuntur in his libris Ath. Ivir. 591, Ath. Kutl. 40, Ath. Pantel. 196, Ath. Vat. 630, Ath. Xir. 138, Const. θεολ. σχολ. 32, Σ:

67,9 οὗτος pro ἄνθρωπος;
68,4 ὑποσύρειν ἐπαγγελίαις coll cum Ath. Pantokr. 26;
68,15 μοι post κορυφήν coll.

Hi septem libri non solum consentiunt inter se, sed etiam coniuncti sunt cum codicibus aliarum familiarum. exempla sunt haec:

63,3 φαντασίας pro φαντασίαν idem Ath. Doch. 78, Mosqu. 380, Hier. Patr. 136;
63,7 ὁρμάς pro μορφάς idem Ath. Pantokr. 26, Par. 1185 A, Ath. Dion. 43;
68,3 τρόπον om et Par. 760, Par. 773;
68,7 περιθήσομεν pro ἐπαγγελλόμεθα et Escor. Ω II 11, Par. 760, Par. 773;
68,8 ἀξίωμα pro τὴν ἀξίαν et Escor. Ω II 11, Par. 760, Par. 773;
69,18 ἐπεὶ pro ἐπειδὴ et Ath. Doch. 78, Messan. Salv. 15;
71,13 στράτευμα pro πολίτευμα (praeter Ath. Ivir. 591).

De codice Mosqu. 216

Codex Mosquensis gr. 216 saec. X numerandus est inter tres vetustissimos libros. cuius lectione τῶν βασιλέων (66,1) in textu constituendo utor. ceterum liber lectionibus quibusdam classis β′ appropinquat. attamen exhibet nonnullas lectiones, quibus coniungitur cum omnibus familiis:

61,15 δή: δεῖ Matr. 4864 (*a*) Ath. Pantokr. 26 (*e*);
63,1-2 ναὸν θεοῦ Ven. Marc. II 182 (*f*);
63,7 μοφράς, τάς: ὁρμὰς τὰς Ath. Pantokr. 26 (*e*), Σ (*h*);
64,7 ἀμφισβητήσιμον ONKV^{t}V^{b}G^{a}SΣ, Vat. Ott. 85 (omnes familiae praeter *c*);
65,13 γενναίως Ath. Pantokr. 26 (*e*), V^{b} (*d*);
66,16 ἐπεῖχον: ὑπεῖχον Vat. 446 (*e*), Mosqu. 380, Vat. 679 (*f*);
66,22 θεάν X (*e*), G^{a} (*f*);

68,12 πρωτοτάκτων Messan. Salv. 15, Mosqu. 412, Ath. Pantokr. 26 (*e*);
69,7 ἦν: ἔχων Ath. Pantokr. 26 (*e*), S (*g*);
69,23 αἰτῶν pro ζητῶν X (*e*), G^{a} (*f*), S (*g*);
69,23 θεῶ Mosqu. 216, τῶ θεῶ Athen. 252, Mosqu. 390, Par. 1176 (*e*);
70,15 τὸν θεὸν RV^{t}V^{b}XΣ (familiae *c*, *d*, *e*, *h*);
70,27 θυσιαστηρίων θεοῦ Ath. Pantokr. 26, Par. 1185 A (*e*).

menda propria non multa sunt:
64,17 οὕτως ἐστὶν ἐπίδοξος ὡς οὗτος ὁ ἀοίδιμος στρατιώτης.
65,15 τῶν δαιμονώντων (sic) τὸ πονηρόν. videtur Mosqu. 216 ad nullam familiam adligatus sed "sui iuris" esse.

De stemmate

Ubicumque familiae *a* et *b* cum codice V^{t} consentiunt, classis vel subarchetypus constituitur, quem appello α′. ceterae vero familiae uni subarchetypo vel uni classi adiudicare non licet. attamen ne nimius esse videar, concentum familiarum *c*, *d*, *e*, *f*, *g* et *h* siglo β′ notare placuit.

Nullus liber manu scriptus erroribus non est infectus. interdum lectiones variae, quamquam ab omnibus testibus exhibentur, reiciendae erant. haud raro rationes textus edendi editorem cogebant vel lectionem accipere ab uno tantum vel paucis testibus oblatam vel ad artem coniciendi confugere.

Textus vulgatus editionis Parisinae anno 1638 ab Aegidio Morello publici iuris factae, quam iterat Migneus, constitutus est auxilio solius classis α′. contra textum, quem haec editio praebet, auctoritate utriusque classis constituendum esse putavi, quoniam classis β′ haud raro lectiones valde utiles praebet.

Duces earum familiarum, quae constituunt classem α′, satis arte inter se consentiunt. haud longe enim distant a communi fonte. ceterae contra stirpes multo longiore intervallo ab origine communi separantur, ita ut crebrius vel erroribus vel contaminationibus sunt maculatae. quibus de causis quattuordecim illi libri, qui classi α′ sunt addicendi, satis constanter praecipuos huius classis duces, i.e. libros decimi saeculi, sequuntur. contra quinque et sexaginta isti libri, quibus classis β′ constituitur, quasi varius grex, certos duces consequi negant. attamen inter omnes constat codicum pretium non aetate sed textus praestantia comprobari. haud raro illud Pasqualianum confirmatur recentiorem quendam minime esse deteriorem. cuius rei classis β′ nonnulla praestat exempla.

Bene cognitum est textum eorum operum, quae in medio aevo crebro legebantur, facilius contaminatum esse. oratio igitur De sancto Theodoro Gregorii Nysseni τῷ πρώτῳ σαββάτῳ τῶν νηστειῶν ritu canonico legebatur. ubicumque suspicio oritur codices esse contaminatos, vix iudicari potest, qui liber quo libro inquinatus sit. cui rei diiudicandae longior textus forsan instrumenta suppeditaret. huic nostro textui nimis brevi ansae, ut ita dicam, desunt, quominus certum de hac re iudicium arripiatur.

Elucet in nostro apparatu critico codices ONKV^{t} cum sibi satis propinquos tum a ceteris longe separatos esse. nostra igitur interest probare, et quomodo cognati sint duces classis β′ et quomodo hae classes inter se coniungantur. qua de causa neque ulli codici neque cuiquam gregi tantum auctoritatis attribuendum est, ut perpetuo fide dignus habeatur.

Iam afferam exempla, quibus eluceat ipsum textum modo unius modo paucorum librorum ope constituendum esse. solus inter decem testes liber G^{a} veram lectionem praebet χωριτικοὶ (61,5) contra χωριακοί (R): ἐπιχώριοι (X). attamen hi ipsi libri falsam lectionem praebent φιλοχωρεῖ (62,13). deinde solus G^{a} in vitiis ceteris integrum praebet textum, quippe qui post δωρεὰς (64,1) addat καὶ ταύτας παρέχοντα. item liber R memoriam ceterorum librorum ter corrigit lectionibus, quae rectae esse videntur: προσφαύσασθαι (63,19), ἀναμφισβητήσιμον (64,7), φασίν (68,5). sed multis locis et R et G^{a} falsas praebent lectiones, quas in textum recipere plane non licet, e.g. σωμάτων (62,19), τῇ ὄψει (62,23).

Deinde talia testimonia in medium vocare constitui, quibus necessitates, quae intersunt inter huius memoriae testes, demonstrentur. exponam igitur et lectiones, quibus testes utriusque classis coniunguntur, et lectiones, quibus testes diversarum classium coniunguntur.

A. I. Elenchus lectionum, quibus testes classis α′ coniunguntur
1. ON
62,5 τε
64,23 ἀνίσχουσα
69,12 θαῦμα
69,22 ἀπελαύνων
2. ONKV^{t}
68,15 καταβάλλετε (Hic folium deest in O)
69,18 μᾶλλον om
3. NKV^{t}
67,25 ἐπὶ pro εἰς
68,3 τοὐναντίον
68,11 πλεῖον

II. Lectiones, quibus testes classis β′ coniunguntur
1. RX
65,5 χώραν om
67,19 ἔκδηλος
70,4 τῶν om

2. RV^b
61,5 τε om
62,5 λέγω om
62,10 ἄλλων pro μελλόντων
66,17 ποιούμενος pro οἰόμενος
66,18 υἱός φησιν
68,16 καί: ἤ
71,16 κράτος om
3. RV^bX
62,13 φιλοχωρεῖ
64,11 πάντων τῶν καλῶν
67,5 ἵνα pro ἴσως
67,15 ἐπιφυλάξας
68,15 ὦ οὗτοι om
68,17 μᾶλλον om
4. RV^bXS
69,2 τὴν ἐσθῆτα om
5. RV^bΣ
Titulus: μεγαλομάρτυρος τοῦ Χριστοῦ
62,12 ἐστὶ om
66,1 καὶ οὐ pro οὐδὲ
6. RV^bXΣ
66,17 καὶ add ante ἐπιχλ.
7. RG^a
62,21 σωμάτων pro λειψάνων
62,23 τῇ ὄψει
8. RV^bG^a
62,22 εἰ pro ἤ
9. RXG^a
63,20 παράσχη
66,1 βασιλέως
10. RXG^a Σ
65,11 μετώπου μόνον
11. RS
62,18 πολύτιμον
63,10 βίβλω
12. RΣ
62,12 ἐστὶ om
63,13 ψηφίδων δὲ (Σ^2)
66,1 καὶ οὐ pro οὐδὲ
13. RG^aS
65,3 ὑφ' ἥλιον

14. XG^aS
63,2-3 κάλλει τῆς ἐπικοσμήσεως
66,5 οὔτε pro οὐδὲ
69,23 αἰτῶν pro ζητῶν
15. XG^aSΣ
68,17 καλὸν παραρ(ρ)ιπτεῖσθαι
70,26 αἴτησαι
71,6 μεριμνῶσιν
16. V^bS
62,14 ἀσώματος
69,8 ἀνενδότως
17. V^bΣ
68,15 καταπαύετε pro καταβάλλεται
18. V^bG^a
65,4 τοὺς ὁπλιτικοὺς
19. G^aΣ
63,12 γραφικὴ
67,10 παράταξιν pro πρᾶξιν
68,6 δέξασθαι
69,10 ἀπέξεον τὸ πλέον
70,4 τὰ ὧδε pro τάδε
70,22 τιμῶντες καὶ ἔχοντες
20. G^aS
64,9 τῷ om
21. XG^a
62,22 τοῦ om
65,8 τῷ om
67,6 εἰς pro πρὸς
67,25 ἐπέβησαν
68,8 ἤκουσεν ἀξιώματος
71,9 εὑρεθὲν
22. XG^aΣ
65,12 ὧν pro ἦν
67,26 ἦν ante ἐν add
69,3 δέ post μετὰ add
23. XΣ
65,13 ποιεῖται
24. V^bG^aS
69,7 καρτερῶς

Quisquis haec exempla numero quattuor et viginti deliberanter perpenderit, facile persuasum habebit a) nullam lectionem omnibus testibus

classis β′ communem esse, b) librum R inveniri tredecies conligatum cum aliis libris, item librum G^a tredecies, X undecies, V^b decies, Σ novies, S octies conligatum esse cum ceteris libris. notandum vero est has varias lectiones eiusdem non esse momenti; praecipue ubicumque RXG^a praesto sunt, eorum lectio meliorem se praebet quam ceterorum.

Codicem R, quippe qui suppeditet nonnullas lectiones satis utiles, textui constituendo fidelissimum testem classis β′ esse iudico. ceteri quidem testes huius classis certe utiles sunt, sed plus minusve a libro R distant. eligendum est itaque inter lectiones horum testium cura quam diligentissima.

B. Lectiones, quibus testes diversarum classium coniunguntur.

1. Hic elenchus exordiatur a libro K, quippe qui praebeat lectiones quasdam accurata deliberatione dignas:
   61,8 ἐνέθηκεν KXS
   63,21 τὸ om KR
   65,3 πᾶσα ἡ οἰκουμένη KV^bS
      ἐστὶ om KV^bS
      μάρτυς (γὰρ KS) ἅπας KV^bS
   65,4 οὗτος KG^a
   67,8 ὀνειδίζουσι KV^b
   67,11 δή: δὲ $KRXG^a$
   67,24 παροξύνοντος $KV^tXS\Sigma$
   68,8 γελάσας KRX
   68,14 διὰ alt om $KRV^t\Sigma$
   68,24 ὄρνις KRXS
2. Exempla ex aliis libris deprompta
   64,10-11 τῶν ... συρφετῶν V^tV^bS
   65,14 ὑφειμένως $ONG^a\Sigma$
   65,19 ἐγγινομένης ONS
   67,18 φανώτατον V^tV^b
   68,6 καταστήσωμεν V^tV^b
   68,10 ματαίου V^tV^bX
   69,21 διδασκάλειον V^t, διδασκαλεῖον V^b
   70,14 τά: τὸ NG^a
   70,15 τὸν ante θεὸν add $V^tRV^bX\Sigma$
   70,17 εὐφρανθείς OV^tS
   70,17 δὲ om V^tV^bS
   71,5 ἵνα NRX
   71,11 ἄριζον ONV^tX
   71,17 τιμή om $V^tRV^bX\Sigma$
3. Exempla, quae haud parvi sunt momenti
   62,20 ὃν om $ONKV^tV^bXS\Sigma v$

Fons communis

α′

a

b

V^t

c

d

N

O

Med. Ambr. C 135 inf.

K

Athen. 2560

Vind. theol. 42

Ox. Cromv. 9

Ath. Vat. 128

Ath. Doch. 77 +)

Par. 586

Par. 585

Matr. 4864

Mon. 107

R

Vat. Pal. 245

Par. 767

Par. 816

Sin. 521

Par. 1500

Par. 1529

Par. 503

Const. παναγ. τάφ. 48

V^b

Escor. Ω II 11

Esc[or.] X III

Ath. Pantokr. 86

Hier. Saba 80

Par. 760

Par. 773

Athen. 457

Mon. 32

Vat. Ott. 92

IX

X

XI

XII

XIII

XIV

XV

XVI

XVII



β′
e
f
g
h
Mosqu. 216
Vᵇ
Escor. X III 14
Ox. Barocc. 238
Messan. Salv. 15
Vat. Ott. 85
X
Ath. Pantokr. 26
Vat. 446
Par. 1176
Mosqu. 390
Par. 757
Ath. Esphig. 17
Ath. Dion. 43
Patm. 180
Gᵃ
Mosqu. 380
Vat. 679
Ven. Marc. 182
Ath. Kutl. 48
S
Vat. 1433
Vind. theol. 95
Σ
Ath. Kutl. 40
Ath. Lavr. Δ84
er.
80
Hier. Patr. 136
Taur. C I 11
Par. 1185 A
Athen. 252
Ath. Doch. 78
Ath. Ivir. 592
Ath. Vat. 630
Mosqu. 412
Mosqu. 410
Ath. Doch. 77+)
n.
Vat. Ott. 92
Brix. A III 3
Const. παναγ. τάφ. 773
Matr. 2725
Mosqu. 392
Ath. Ivir. 591
Const. θεολ.σχολ 32
Vat. Ott.

63,18 ὡς pr om ONV^{t}S
63,19 προσάψασθαι ONKV^{t}V^{b}XG^{a}SΣv
64,7 ἀμφισβητήσιμον ONKV^{t}V^{b}G^{a}SΣv (om X)
64,11 τῶν καλῶν om ONKV^{t}G^{a}SΣv
64,18 ὁ alt om ONV^{t}RV^{b}XSΣv
66,5 λέγειν om ONKV^{t}V^{b}Σv
66,18 τὴν ante τοῦ add ONKV^{t}V^b
66,20 ὁ ἐμὸς ἔφη θεὸς ONKV^{t}RV^{b}XG^{a}Sv
66,22 θεάν ONV^{t}XG^{a}Σv
66,23 πολύτοκόν τινα ONKV^{t}R
67,5 ἂν om ONKV^{t}RΣv
67,11 ταύτῃ ONKV^{t}RSΣv
68,5 φησίν NKV^{t}V^{b}XG^{a}SΣv
69,10 τὸ πλέον om ONV^{t}RV^{b}XS
69,22 δαίμ. φυγ. om KV^{t}RG^a
70,9 πληρώσαντες ONV^{t}Σ

Haec exempla satis demonstrant lectionem rectam crebro a paucis testibus classis β′ praeberi. qua de causa hi codices textui constituendo utilia afferunt emolumenta, quae haud sine periculo asperneris.

3. DE LIBRIS TYPIS IMPRESSIS

Oratio, quae De sancto Theodoro inscribitur, a Francisco Zino Latinitate donata primum typis in lucem prolata est ab Aloysio Lipomano Venetiis 1553 (fol. 184-186v), qui hoc opusculum una cum aliis orationibus Gregorii Nysseni (cf. supra p. CXXVIII) in tomum secundum "Vitarum sanctorum priscorum patrum ..." recepit. cum hanc collectionem vitarum sanctorum Lipomanus et post mortem eius Laurentius Surius iterum atque iterum auxissent et denuo edidissent, versio Latina Francisci Zini saepius promulgata est. quas editiones acervatim hic proferri liceat:

Coloniae 1575, tom. VI, p. 216-219;
Venetiis 1574, tom. VI, fol. 69-70v;
Coloniae 1575, tom. VI, p. 226-230;
Venetiis 1581, tom. VI, fol. 69-70v;
Coloniae 1617, tom. IV, p. 228-230;
Augustae Taurinorum 1879, tom. XI, p. 371-378.

Franciscus Zinus versionem suam huius orationis etiam inter opuscula recepit, quae Venetiis 1574 (fol. 118-122) edidit illo volumine, quod

inscripsit "Aurea ac divina quaedam trium sanctitate doctrinaque praestantium Gregoriorum ...".

A multis editoribus operum Gregorii Nysseni iam pridem probatum est fontem versionis Zini esse illum Z, codicem Vaticanum 1433 (vide imprimis Spira GNO IX p. 412, Mann 246). quae cum ita sint, de vestigiis illius exemplaris, quae etiam in nostra oratione multis locis inveniuntur, non est, quod verba faciam. solum illum, si placet, locum laudabo 68,5-7, ubi Z verba (5) καὶ γίνωσκε, φασίν, ... εὐθύς σε καταστήσομεν ἐξ ἀφανῶν γνώριμον (7) omisit. cum desint haec verba etiam in versione Zini (qua re nimirum etiam in nostra oratione comprobatur fontem versionis esse illum codicem Z), tamen lacunam textus non iam deprehendis. tam eleganter Zinus illud mendum pessimum codicis Z sanare potuit: "... atque illi acerbitate minarum, quibus minime pepercerant, se nihil proficere animadverterunt ad artes contrarias confugere et promissis iniustis hominem iustum — (hic Z verba illa omittit) — rebusque ingloriis gloriosum allicere conati, tibi, inquiunt, sacerdotii primarii dignitatem pollicemur."

Laurentius Sifanus est interpres alter, qui orationem e Graeco in Latinum sermonem convertit et una cum aliis opusculis Gregorii edidit Basileae 1562 (p. 406-411), quorum editionem iteravit Basileae 1571 (p. 313-317). quemadmodum iam multi editores operum Gregorii Nysseni demonstraverunt, sic etiam multis exemplis interpretationis huius sermonis Gregorii, quibus supersedeo, confirmari potest, Sifanum libris manuscriptis gregis codicis O usum hanc orationem in Latinum transtulisse. unam adnotationem Sifani in hoc sermone inveni: 69,25 "εὐθηνούμενον est in tertio exemplari, atque ita lego". Sifanus hic non dixit, quae in utroque exemplari fuissent, quibus codicibus Sifanus semper usus est ceteris locis (cf. etiam Spira GNO IX p. 411sq, Mann 247sq); sed εὐθηνούμενον omnes alii manuscripti libri recte scribunt, soli O recc libri falso εὐθυνουμένων, quam lectionem mendosam in utroque exemplari Sifani esse perspicuum est et, quia magnam haec res interpreti difficultatem afferebat, Sifanus denique aliud exemplar, illud "tertium", contulit. sequitur ergo, ut Sifanus duobus exemplaribus gregis O recc librorum usus orationem, quae De sancto Theodoro inscribitur, in Latinum sermonem transtulerit collato hic et illic tertio exemplari, cuius fons erui non potest, quia interpres alias lectiones huius exemplaris in hac oratione non adnotavit.

Sifani versio Latina iterum atque iterum una cum translatis "operibus quae exstant omnibus" Gregorii Nysseni edita est (Parisiis 1573, col. 949-955; Parisiis 1605, tom. I, p. 949-955; Coloniae 1617, p. 504-506) et denique Graeco textui adiuncta est in illis editionibus operum Gregorii

Morellianis (Parisiis 1615 et Parisiis 1638) et in editione Mignei (Parisiis 1858), de quibus nunc agam.[1]

Illa editio Morelliana (Parisiis 1615) est editio princeps textus Graeci orationis De sancto Theodoro (tom. II, p. 1010-1019). Fronto Ducaeus, qui hanc editionem operum omnium Gregorii Nysseni bilinguem curavit, textui Graeco addidit illam versionem Latinam Laurentii Sifani, de qua supra egi. quam editionem secuta est iteratis laboribus Aegidii Morelli et multis mendis auctis altera (Parisiis 1638, tom. III, p. 578-587), quae denique a Migneo in Patrologiam Graecam recepta est (Parisiis 1858, tom. XLVI, col. 735-748).

Textum Graecum, quem Fronto Ducaeus curavit, omnino fere textui codicum ON, id est nostrae familiae *a*, consentire apparatus criticus tibi persuadeat (cf. imprimis 62,5; 64,23; 69,12; 69,23); iam pridem ab editoribus demonstratum est illum codicem "Canteri", quo Fronto Ducaeus in operibus Gregorii edendis usus est, e stirpe nostrae familiae *a* ortum esse. — textum codicis Vaticani Urbinatis gr. 10 saec. XVII ex editione Morelliana haustum esse etiam in hac oratione multis exemplis confirmari potest, quibus hic supersedeo, quia haec res iam dudum ab aliis editoribus satis satisque probata est.

Illa pars orationis nostrae, in qua Gregorius de vita passioneque Theodori agit (64,23-70,5), Bruxellis 1925 promulgata est in tomo quarto Actorum Sanctorum Novembris (pag. 27-29) auctore Hippolyto Delehaye, qui, cum Gregorii Nysseni opera omnia mox critice editum iri non ignoravisset, munus exquirendi codices quotquot supersunt editori orationis futuro integrum reliquit. itaque nulla recensione, nulla examinatione adhibita partem illam publicavit solum his sex codicibus manu scriptis usus, quorum varias lectiones infra textum adnotavit: Med. Ambr. gr. C 135 inf, qui, ut recensuimus, unus est testium nostrae familiae *b* (vide supra p. CXLI), Par. 499 et 757, qui sunt testes familiae *e* (vide supra p. CLII), Par. 585 et 586, qui sunt testes familiae *a* (vide supra p. CXXXIX), Vat. gr. 1433, qui est testis familiae *g* (vide supra p. CLXI).

Gratias agere quam maximas mihi est in animo omnibus qui auxilium mihi praebuerunt ad hanc orationem edendam. primo Hildae Polack quae codicem Constantinopolitanum τῆς θεολογικῆς σχολῆς 32 examinavit; deinde incognitis viris doctis qui codices Venetos Marcianos gr. 67 et App. Cl. II 82 et Monacensem gr. 370 contulerunt; tum Jacobo E. Walsh qui quaestiones practicas operis tractavit; tum Margaretae Alten-

[1] Franciscus Combefis orationem De sancto Theodoro in tomum VIII suae "Bibliothecae patrum concionatoriae ..." (Parisiis 1662, p. 598-601) recepit pronuntiavitque se ipsum orationem Latinitate donavisse. cave ne credas! nam fons huius versionis est illa interpretatio Sifani, quam Combefis hic et illic aliis verbis et sermone non semper elegantiore mutavit.

burger, Utae Schramm, Friedhelm Mann et Hartmutio Schmidt Gregoriani Instituti sodalibus qui me multis in rebus liberaliter consiliis auxerunt, nec non Henrico Dörrie, qui totum opus voluminis X Gregorii Nysseni maxima cura ordinavit, praesertim cum mecum multas imagines codicum communicavisset; denique Universitati Harvardianae quae copiam rerum et in initio stipendium mihi suppeditavisset, ut editionem huius orationis susciperem. numquam vero e memoria nostra excidet Werner Jaeger praeceptor meus qui praeter illum de virginitate tractatum hanc orationem edendam mihi commisit, qua in re consilio ac sapientia me duxit et adhortatus est.

JOHANNES P. CAVARNOS

IN SANCTUM STEPHANUM I

IN SANCTUM STEPHANUM II

IN BASILIUM FRATREM

IN XL MARTYRES Ia

IN XL MARTYRES Ib

IN XL MARTYRES II

EDIDIT

OTTO LENDLE

(PRAEFATIONES)

Lectori salutem

Multos per annos memoriam earum sex orationum Gregorii Nysseni, quarum editiones criticae nunc demum in lucem emittuntur, perscrutabar; qua in opera ad CCL codices mihi explicare et in ordinem redigere opus erat. cum tantam testium multitudinem viis adhuc usitatis neque brevi conspectu proponere neque perspicue comprehendere potuerim, nova ratione conferendi libros notandique varias lectiones utebar, de qua in libro, qui "Gregorius Nyssenus: Encomium in Sanctum Stephanum Protomartyrem" inscribitur et anno 1968 Lugdunae Batavorum impressus est, uberius disserui (p. 49sq). praeterea materiam quoque praefationum ipsarum novo modo ordinavi, ut lectores ea, quae ad editiones iudicandas et utendas necessaria sint, facilius reperiant. itaque descriptionem a recensione codicum separavi eamque ita disposui, ut explanaturus, quemadmodum singulae familiae traditae sint, primum omnes earum testes exstantes brevissime recensuerim atque in stemma codicum rettulerim (quae eis, qui imprimis orationes legere cupiunt, fortasse sufficiunt), deinde testimonia stemmatis i.e. exempla lectionum propriarum mendorumque, quibus ad dispositionem stemmatis adductus sum, enumeraverim, post condiciones singulorum hyparchetyporum (i.e. editionum aetate media instructarum, ex quibus eae familiae ortae sunt) et archetypi ipsius diligentissime descripserim. eo modo me brevissima oratione clarissimaque materiae dispositione quam plurimas res, quae ad historiam memoriae explicandam necessariae sunt, exposuisse spero; nonnulla autem et de textu codicum, quorum lectiones in apparatu critico non leguntur, memoravi atque quandam eorum quoque imaginem effingere conabar. inde vero praefationes meas, cum in iis ea, quae mihi proposui, maxima brevitate assequi studuerim, miserandam exilitatem elocutionis nulla distinctae varietate praebere ipse cognosco et miseror; sed in praefationibus perspicuitatem rerum maioris momenti quam elegantiam elocutionis esse plane non dubito. itaque, ut exemplum afferam, varias lectiones et hyparchetyporum et archetypi in tabellis, quae omnes eadem ratione ordinatae sunt, collegi et propono: 1. addidit, 2. omisit, 3. verba mutavit (a) substantiva, (b) adiectiva, (c) verba temporalia, (d) pronomina, particulas etc., 4. verba aliter flexit (a) substantiva, adiectiva, pronomina etc., (b) verba temporalia, 5. ordinem verborum commutavit. praeterea eis in tabellis interdum signis, quae lectionibus addo (ut * aut ** aut + aut ++ etc.), brevissime indico, utrum lectiones propriae (inter quas omnes lectiones et mendosas et arte coniecturali emendatas, quibus textus sive hyparchetypi alicuius sive

archetypi ipsius constituitur proprius, numero) omnibus an compluribus an singulis testibus traditae sint, et similia. equidem autem, cum lectiones secundum genera collegerim nonnullasque alias res per compendia indicaverim, multa de natura et specie librorum amissorum, qui imprimis memoriae permutationes effecerunt, me cognovisse puto. sic enim proprius illorum librorum aspectus non quidem ornato sermonis genere, sed tali modo comparabili explicatur, ut differentiae eorum facile intelligantur. sed haec hactenus.

Pauca de altera encomii In Stephanum I editione addam. cum editiones complurium editorum, quae hoc in volumine GNO X 1 collectae sunt, formam speciemque (quantum fieri potuit) aequabilem habere deberent, mihi hic apparatum criticum ratione paulum mutata componere necesse fuit. itaque eis locis, quibus in apparatu editionis separatae, quam supra citavi, hyparchetypi ω^1 et ω^2 commemorantur, hic testes ipsi enumerantur; praeterea hic variae lectiones spatiis, non notis separantur; denique signum M^c (quo in editione separata Mediolanensem M a librario ipso correctum esse indicavi) hic omissum et sigla Parisini gr. 1466 ex P in P^a et Vaticani gr. 455 ex F in F^a commutata sunt.

Postremo omnibus, qui me multos per annos hoc in opere faciendo occupatum adiuvabant, gratias agere volo: primum professori Marpurgensi Friedrich Müller paulo ante defuncto, qui studium meum ad Gregorium Nyssenum convertit atque me in principia artis edendi introduxit, deinde collegae meo Saraviensi Bernd Manuwald, qui pristinis temporibus partes quasdam huius operis perlegit et nonnulla menda emendavit, tum discipulis Saraviensibus Haas et Dietzen atque discipulis Marpurgensibus Wöstefeld et Backhaus et Fülling, quorum auxilio et in conferendis codicibus et in colligendis catalogorum excerptis et in corrigendo sermone Graeco et Latino et in legendis plagulis impressis libenter utebar, denuo illis feminis virisque doctis, qui sive in instituto Jaegeri Harvardensi sive Francofurti in seminario philologico sive Mimigardefordi in instituto, quod "Forschungsstelle Gregor von Nyssa" appellatur, non modo imagines librorum fere innumerabilium collegerunt et ad editores miserunt, sed etiam aliis quoque multis in rebus non raro auxilium afferebant.

Marpurgi — OTTO LENDLE

IN SANCTUM STEPHANUM I

(PRAEFATIO)

1. CONSPECTUS CODICUM

Achridensis 56 — pag. 257-274, membr., saec. XIII
Atheniensis gr. 981 — fol. 316v-322v, chart., saec. XIV
Atheniensis gr. 992 — fol. 183-190v, chart., saec. XIII/XIV
Atheniensis gr. 1048 — fol. 149v-160v, chart., saec. XVI/XVII
Atheniensis gr. 2101 (Thessal. Gymn. 32) — fol. 146-153v, membr., saec. XII
Atheniensis gr. 2106 (Thessal. Gymn. 37) — fol. 324-333, membr., saec. XI
Atheniensis gr. 2482 (olim Serrensis Prodromu chart. I 19) — fol. 125v-130v, chart., saec. XIV
Atheniensis Benaki 24 — fol. 115v-122, membr., saec. XII
Atheniensis Loverdu 127 — fol. 267v-268, chart., saec. XVIII
Athous Dionysiu 116 — fol. 1-9, chart., anno 1725 scr.
Athous Dionysiu 776 — fol. 47-68, chart., saec. XVII
Athous Dochiariu 78 — fol. 184-193v, chart., anno 1322 scr.
Athous Grigoriu 9 — fol. 330-341, chart., saec. XVI/XVII
Athous Iviron 594 — fol. 413v-418, chart., saec. XVI
Athous Iviron 683 — fol. 284-294v, chart., saec. XIV
Athous Kutlumusiu 34 — fol. 5-8v, 280-285v, membr., saec. XII
Athous Kutlumusiu 380 — fol. 102-106, chart., saec. XVI
Athous Lavras Γ 117 — fol. 61-68, membr., saec. XII
Athous Lavras Δ 54 — fol. 89-92v, membr., saec. XIII
Athous Lavras Δ 80 — fol. 95v-102, membr., saec. XIII
Athous Lavras Δ 83 — fol. 173-185, membr., saec. XII/XIII
Athous Lavras Λ 70 — fol. 197v-211, chart., anno 1655/6 scr.
Athous Lavras Ω 153 — fol. 103-110, chart., saec. XVII
Athous Panteleimonos 300 — pag. 128-143, chart., saec. XV
Athous Panteleimonos 471 — fol. 59v-76v, chart., saec. XVI
Athous Protatu 2 — fol. 230-235v, membr., saec. XI
Athous Protatu 19 — fol. 92-100, membr., saec. XII
Athous Protatu 50 — fol. 93-102, chart., anno 1621/22 scr.
Athous Vatopediu 128 — fol. 256v-263, membr., saec. XIV
Athous Vatopediu 498 — fol. 180-186v, membr., saec. XII
Athous Vatopediu 639 — fol. 77v-82, chart., saec. XV
Athous Xiropotamu 39 — fol. 173-183, chart., saec. XVI
Athous Xiropotamu 120 — fol. 120-128, chart., anno 1617 scr.
Athous Xiropotamu 134 — fol. 99-107v, chart., saec. XVI
Basileensis Universitatis F V 29 — fol. 18-26, membr., saec. XII
*__Berolinensis 367__ — fol. 51, membr., saec. XII
Constantinopolitanus ἁγίας τριάδος 87 — fol. 236v-246v, membr., saec. XI
Constantinopolitanus ἁγίας τριάδος 89 — fol. 172-184, membr., saec. XII

* Berolinensis 367 in bello annorum 1939-45 deletus, Smyrnaeus A 4 anno 1922 combustus est. librorum Hierosolymitani Saba 105 et Zagorensis Thracici 15 imagines non habui. — Athoi Dionysiu 776 partem vir doctus F. Mann in Graecia, Constantinopolitanos ἁγίας τριάδος 87, 89, 90, παναγίας χαμαριωτίσσης 10 et τῆς θεολογικῆς σχολῆς 37 Constantinopoli femina docta H. Polack pro me contulerunt.

Constantinopolitanus ἁγίας τριάδος 90 — fol. 125v-128v, membr., saec. XIII/XIV
Constantinopolitanus παναγίας καμαριωτίσσης 10 — fol. 128v-137, membr., saec. XII
Constantinopolitanus παναγίου τάφου 244 — fol. 297v-305v, membr., saec. XIV
Constantinopolitanus παναγίου τάφου 773 — fol. 115-119v, chart., saec. XVI
Constantinopolitanus τῆς θεολογικῆς σχολῆς 37 — fol. 125-134v, chart., saec. XVI
Cryptensis B β X pars secunda — fol. 1-9, membr., saec. X
Escorialensis gr. Y II 15 — fol. 132v-140v, 150-151, membr., saec. X/XI
Φ **Escorialensis gr. Φ III 20** — fol. 101-114, membr., saec. IX/X
Florentinus bibliothecae nationalis gr. 53 — fol. 203-211v, membr., saec. XI/XII
Florentinus Laurentianus plutei 4,4 — fol. 189-196, membr., saec. XII
Florentinus Laurentianus plutei 6,12 — fol. 189 (191), chart., saec. XIV
Y **Florentinus Laurentianus plutei 7,26** — fol. 14v-21v, membr., saec. X
Florentinus Laurentianus plutei 10,27 — fol. 165-168v, membr., saec. XIII
Florentinus Laurentianus plutei 86,8 — fol. 305, chart., saec. XV
H **Hierosolymitanus Patriarchiu 6** — fol. 255-260v, membr., saec. IX/X
Hierosolymitanus Patriarchiu 7 — fol. 292v-300, membr., saec. XI
***Hierosolymitanus Saba 105** — oratio XV, chart., saec. XIV
Lesbiacus Ioannu 7 — fol. 18v-23v, membr., saec. XIII
Λ **Londiniensis Musei Britannici gr. Old Royal 16 D I** — fol. 370-375v, membr., saec. XII
Londiniensis Musei Britannici gr. Add. 22 733 — fol. 187v-199, membr., saec. XI/XII
Londiniensis Musei Britannici gr. Add. 22 745 — fol. 96-104, membr., saec. XIII
L **Lugdunensis Batavorum Gronovianus 12** — fol. 89v-94v, chart., saec. XVI
Lugdunensis Gallorum 542 (= 625, = 51) — fol. 122-129v, membr., saec. XII
Matritensis gr. 4758 (bibl. nac. N 136) — fol. 98-104v, chart., saec. XVI
Matritensis gr. 4864 (arch. hist. 163, 6) — fol. 19v-27v, chart., saec. XVI
Mediolanensis Ambrosianus gr. B 12 inf — fol. 86-92v, membr., saec. XII
Mediolanensis Ambrosianus gr. C 11 inf — fol. 39-50, membr., saec. XIII
Mediolanensis Ambrosianus gr. C 124 sup — fol. 123-131, membr., saec. XIII
M **Mediolanensis Ambrosianus gr. C 135 inf** — fol. 32-43, membr., saec. XI
Mediolanensis Ambrosianus gr. F 103 sup — fol. 248-256, membr., saec. XIII
Mediolanensis Ambrosianus gr. F 130 sup — fol. 52-58v, membr., saec. XIII
Messanensis Sancti Salvatoris 15 — fol. 98v-107v, membr., saec. XI
Messanensis Sancti Salvatoris 30 — fol. 205-209v, membr., anno 1307 scr.
Messanensis Sancti Salvatoris 77 — fol. 1-10v, membr., saec. XIII/XIV
Meteoron μεταμορφώσεως 549 — fol. 96-100v, membr., saec. X
Monacensis gr. 107 — fol. 38-44v, chart., saec. XVI
Monacensis gr. 132 — fol. 142-156v, membr., saec. XI
O **Monacensis gr. 370** — fol. 27v-38v, membr., saec. X
Montepessulanus 122 — fol. 94v-104v, chart., saec. XVI
Mosquensis gr. 215 — fol. 103-111, membr., saec. IX/X
Mutinensis Estensis gr. 249 = α.T.8.18 (olim Mss. II G 13) — fol. 310-315v, chart., saec. XV/XVI
Neapolitanus gr. II C 26 — fol. 248-254v, membr., saec. XI
Oxoniensis Bodleianus Baroccianus gr. 192 — fol. 112v-118v, chart., saec. XIV
Oxoniensis Bodleianus Baroccianus gr. 234 — fol. 216v-225v, membr., saec. XII/XIII
Oxoniensis Bodleianus Cromvellianus 9 — fol. 131-146, membr., saec. XIII
Oxoniensis Bodleianus Holkhamianus 18 — fol. 282v-289v, membr., saec. XI (XIV)
Oxoniensis Bodleianus Laudianus 82 — fol. 79v-88v, membr., saec. XII
Oxoniensis Bodleianus Lyell 92 — fol. 203-207v, membr., saec. XII
Oxoniensis Bodleianus Miscellaneus 34 — fol. 147-155v, membr., saec. XII
Oxoniensis Bodleianus Novi Collegii 82 — fol. 271v-280v, membr., saec. XI/XII
Parisinus gr. 503 — fol. 230-235, chart., saec. XIV

Parisinus gr. 521 — pag. 191-222, membr., saec. XII
Parisinus gr. 582 — fol. 1-12, membr., saec. X
Parisinus gr. 585 — fol. 19v-26v, chart., saec. XVI
Parisinus gr. 586 — fol. 139v-147, chart., saec. XVI
Parisinus gr. 819 — fol. 169v-175, chart., saec. XVI
Parisinus gr. 921 — fol. 60-66v, membr., saec. XI/XII
Π **Parisinus gr. 1171** — fol. 134-142v, membr., saec. X
Parisinus gr. 1176 — fol. 158-163v, membr., saec. XII
Parisinus gr. 1195 — fol. 340v-347, chart., saec. XIII/XIV
Γ **Parisinus gr. 1199** — fol. 94-107, membr., saec. XI
Parisinus gr. 1217 — fol. 208-217v, membr., saec. XI/XII
Parisinus gr. 1451 — fol. 127-132v, membr., saec. XI
P^a **Parisinus gr. 1466** — fol. 250v-260v, membr., saec. XII
Parisinus gr. 1478 — pag. 65-77, membr., saec. XI
Parisinus gr. 1490 — fol. 191v-201, membr., saec. XI
Parisinus gr. 1496 — fol. 356-366, membr., saec. XI
Parisinus gr. 1531 — fol. 252-259v, membr., anno 1112 scr.
Parisinus gr. 1559 — fol. 172-177, membr., saec. XIV
Parisinus Coislinianus gr. 306 — fol. 462v-468, chart., anno 1549 scr.
Parisinus suppl. gr. 1273 — fol. 63v-71, membr., saec. XI/XII
Patmensis 187 — fol. 124-134, membr., saec. XIII
Romanus Vallicellianus gr. B 34 — fol. 116-123, membr., saec. XII
Romanus Vallicellianus gr. E 22 — fol. 42v-43, bomb., saec. XIII
Romanus Vallicellianus gr. F 33 — fol. 73-84, chart., saec. XVI
Ψ **Sinaiticus gr. 493** — fol. 101v-131v, membr., saec. VIII/IX
Sinaiticus gr. 523 — fol. 49-59v, membr., saec. XI
***Smyrnaeus A 4** — oratio LXXX, chart., saec. XVI
Taurinensis gr. C I 11 — fol. 106v-109v, chart., saec. XIV
Thessalonicensis Vlatadon 7 — fol. 80-86, membr., saec. XII
E **Vaticanus gr. 446** — fol. 250v-263, membr., saec. XII
C **Vaticanus gr. 448** — fol. 266-271v, membr., saec. IX/X
F^a **Vaticanus gr. 455** — fol. 126v-133, membr., saec. X
Vaticanus gr. 555 — fol. 349v-359, membr., saec. XII
Vaticanus gr. 654 — fol. 209v-218v, membr., saec. XII
Vaticanus gr. 712 — fol. 154v-156v, chart., saec. XIII
Vaticanus gr. 815 — fol. 136-148v, membr., saec. XI/XII
Vaticanus gr. 816 — fol. 61-70v, chart., anno 1370 scr.
Vaticanus gr. 1190 — fol. 481-485, chart., anno 1542 scr.
Vaticanus gr. 1246 — fol. 56-59v, membr., saec. XII/XIII
Vaticanus gr. 1433 — fol. 210-215v, membr., saec. XIII
V **Vaticanus gr. 1633** — fol. 59-64, membr., saec. X/XI
Vaticanus gr. 1645 — fol. 279v-286v, membr., saec. XII
Vaticanus gr. 1759 — fol. 17-28, chart., saec. XVI
S **Vaticanus gr. 1907** — fol. 76v-78, chart., saec. XII
Vaticanus gr. 2040 — fol. 287-300v, membr., saec. XI
Vaticanus gr. 2121 — fol. 34-37v, membr., saec. XII
Vaticanus Barberinianus gr. 456 — fol. 96-100v, membr., saec. XII/XIII
Vaticanus Barberinianus gr. 481 — fol. 241v-247v, membr., saec. XIII
Vaticanus Ottobonianus gr. 247 — fol. 35-46, chart., saec. XVI
Vaticanus Ottobonianus gr. 305 — fol. 108v, chart., saec. XVII
Vaticanus Ottobonianus gr. 402 — fol. 203-208v, membr., saec. XII
Vaticanus Palatinus gr. 245 — fol. 44v-53v, membr., saec. XII
Vaticanus Urbinas gr. 9 — fol. 251v-260, chart., saec. XVII
Venetus Marcianus gr. 67 — fol. 16v-22, membr., saec. XI
Venetus Marcianus gr. VII 38 — fol. 106-116v, chart., saec. XVI
Vindobenensis theologicus gr. 42 — fol. 92-97, chart., saec. XII
***Zagorensis Thracicus 15** — fol. 255-263, chart., saec. XVI

2. DE RECENSIONE CODICUM

Omnes fere testes orationis prioris, qua Gregorius S. Stephanum protomartyrem laudavit (BHG 1654, PG 46 701-721), nullo negotio aut hyparchetypo ω¹ aut hyparchetypo ω² attribui possunt. cum ex hyparchetypo ω¹ duae familiae (α et β), ex hyparchetypo ω² quattuor familiae (γ, δ, ε, ζ) fluxerint (quarum patres item hyparchetypos nominavi), hoc simplicissimum stemma codicum fingi potest:



A. De hyparchetypo α

1. De recensione codicum

Testes gravissimi hyparchetypi α sunt Monacensis gr. 370 = O et Mediolanensis Ambrosianus C 135 inf = M. liber O ex deperdito apographo hyparchetypi α (= α¹) descriptus est, ex quo interposito libro α² quinque libri recentiores fluxerunt: Monacensis gr. 107, Parisini gr. 585 et 586, Matritenses 4758 et 4864. librarius codicis M teste recensionis γ collato sua manu textum nonnullis locis correxit atque coniecturis instruxit (= M²). quo ex correcto libro M² tres libri amissi fluxerunt (μ¹, μ², μ³), ex quibus orti sunt Venetus Marcianus gr. 67 et Oxoniensis Bodleianus Cromvellianus 9 (ex μ¹), Hierosolymitanus Patriarchiu 7 et Parisinus gr. 1496, qui est pater Parisini gr. 1531 (ex μ²), Vindobonensis theologicus gr. 42 et interposito exemplari deperdito μ⁴ Mutinensis Estensis gr. 249, Vaticanus gr. 1759 et fortasse Athous Vatopediu 128 (ex μ³); praeterea Parisinus gr. 521 ex Ambrosiano M correcto descriptus est. denique textum recensionis α depravatum atque multis locis mutatum tres codices, qui neque ex M neque ex M² neque ex α¹ neque ex libro α ipso fluxisse videntur, praebent: Constantinopolitanus ἁγίας τριάδος 90, Vaticanus gr. 712, Venetus Marcianus gr. VII 38. hic addo brevia excerpta, quae in Florentinis Laurentianis plutei 6,12 et 86,8 inveniuntur, cum in eis lectio libri α propria traditur. eliminandus autem ex grege testium est Vaticanus Urbinas gr. 9, qui ex editione Morelliana anno 1615 impressa descriptus sit.

2. Stemma codicum



3. De testimoniis stemmatis

Hae lectiones codicis α¹ propriae inveniuntur: 76,4 μαρτυρίας: ὁμολογίας, 82,4 οὖν om, 85,12 ante μίσει add δὲ, 86,1 πόλεως: πόλεων. Monacensem O, qui textum codicis α¹ fere immutatum tradere videtur, fontem quinque librorum recentium esse mihi non persuasi, etsi lectiones propriae codicis α² paucissimae cognoscuntur (86,18 ἐπὶ - μυσταγωγούμενος om Mon. 107, Par. 586, Matr. 4758; 78,12 γεννετῆς pro γενετῆς omnes praeter Matr. 4864; 94,9 θεωρήσθω pro τεθεωρήσθω omnes praeter Mon. 107 et Par. 586, in quibus finis orationis omissa est). codicem α² (fratrem libri Monacensis O, ut ego puto, patrem, ut vir doctus Spira putat) una cum maxima parte ingentis bibliothecae Dominici Cardinalis Grimani

olim bibliothecae monasterii S. Antonii Venetiarum addictum esse et ibi, postquam libri recentiores descripti sunt, anno 1687 cum multis aliis libris incendio absumptum esse (nisi antea quis eum abstulerit) vir doctus Spira GNO IX p. 368-70 comprobavit.

Librum M ut in aliis orationibus ita in hoc encomio ab eodem scriba scriptum et correctum esse (= M^2) pro certo habeo. his locis (omitto res ad orthographiam pertinentes) scriba ipse textum correxit: 75,8 ἐνδυόμενος ex ἐνδυσάμενος, 76,12 ὑφήπλωτο ex ἐφήπλωτο, 77,2 ἐγίνετο ex ἐγένετο, 77,8 ἐπιδεικνύοιτο ex ἐπιδεικνύηται, 78,4 διαφορὰν ex διάνοιαν, 79,7 ὅσοις ex ἐν ὅσοις, 79,11-12 κατὰ ταὐτὸν ex κατ' αὐτὸν, 79,14-15 τὸ ... νοούμενον ex ὁ ... νοούμενος, 81,11 ἐκλογῆς ex ἐκκλησίας, 81,13 ὁπλίστην ex ὁπλίτην, 81,19 γίνεσθαι ex γενέσθαι, 84,5 βοὰς ex βολὰς, 84,5 βολάς ex βολίδας, 84,12 σπονδῆς ex τῆς σπονδῆς, 85,14 ὁ τῆς ἀληθείας ἀγωνιστὴς in marg add (α om), 85,16 ὑπερέσχε ex καθυπερέσχε, 88,6 Στεφάνῳ ex Στεφάνου, 89,13 χεῖρα ex τὴν χεῖρα, 89,16 ὅτε ex ὅτι εἰ, 90,19 θεῖον ex θεῖον θέαμα, 92,1 ἀξίας ex δεξιᾶς, 92,8 δὲ ex γὰρ, 93,1 ἐπιισχίων ex ἐπ' ἰσχίῳ, 93,11 ἔτ' ἂν ex αἰτίαν, 93,11 post πατρὸς add μόνου (α om), 93,17 εἰ ex ἤ, 94,6 ἐπαλλάξει ex ἀπαλλάξει. quae lectiones omnes (exceptis 81,13 ὁπλίστην et 94,6 ἐπαλλάξει) in Vaticano gr. 446 saec. XII (= E) ex stirpe hyparchetypi γ orto inveniuntur; ex quo colligi potest scribam Ambrosiani M aut patrem aut fratrem libri E (= E′) inspexisse.

Quibus omnibus locis allatis apographa librorum μ^1, μ^2, μ^3 et Parisinus 521 cum M^2 congruunt (exceptis 84,5, ubi Ath. Vat. 128 βολὰς tradit, et 94,6, ubi in Hier. Patr. 7 ἀπαλλάξει scriptum est). eis quoque locis, quibus O et M inter se differunt, ei testes lectiones Ambrosiani M praebent. constat igitur eos libros ex codice M correcto (= M^2) fluxisse, plerosque non quidem recta via, sed interpositis exemplaribus deperditis. Venetum 67 et Oxoniensem Cromv. 9 ex eodem exemplari (μ^1) descriptos esse iam diu cognitum est (cf. GNO VIII 1 p. 112; lectiones propriae sunt 80,2-3 συσκευάζεις: συσκιάζῃ, 90,16 λέγῃ om; confer praeterea 84,3 ubi in codice M falso ἴωμεν pro ἴδωμεν [parvula littera Δ adscripta] legitur, quod rubricator litterae ornatae Δ in margine neglegentia oblitus est: scriba libri μ^1 vocem inanem ἴωμεν accepit, cum in reliquis apographis recte ἴδωμεν restitutum sit). exemplaris μ^2, ex quo Hier. Patr. 7 et Parisini 1496 et 1531 dependent, errores proprii sunt hi: titulus ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον ἀπόστολον καὶ πρωτομάρτυρα Στέφανον, 80,7 τοῖς λίθοις, 81,19 προπαλαίοντος, 91,14 εἴποι ἂν, 92,17 ἐπ' ἰσχίων: ἐπιπλαγίων; quod Parisini 1496 et 1531 nonnullis erroribus propriis coniuncti sunt (e.g. 75,12 κειμένῳ: ἐκείνῳ; 76,8 τε om, 78,12 ἐπιδούσης, 81,12-13 τὸν τὸν ὁπλίστην, 82,9 μεταθήσεσθαι) et textum eundem praebent, Parisinum 1531 filium Parisini 1496 esse puto. liber μ^3 (cf. lectiones proprias 77,3 διηγγέλετο, 81,16 τὰ om etc.) fons erat codicis Vindobonensis theol. 42 et libro μ^4

interposito (cf. e.g. lectiones proprias 79,9-10 δι' ἀλλήλων et ὑπομένειν om, 82,1 λαλῶν φησι) Mutinensis Est. 249 et Vaticani 1759. praeterea ex libro μ^4 Athous Vatopediu 128 fluxisse videtur, qui et lectiones proprias et alia cum reliquis apographis libri μ^4 communicat (cf. e.g. 75,13, ubi ei tres libri contra textum, quem familia α tradit, καὶ ἡμεῖς ἀδελφοὶ τῷ λόγῳ scribunt), nonnullis autem locis ab omnibus hyparchetypi α testibus discrepat. denique Parisinum 521 libris μ^1 μ^2 μ^3 (quorum mendis propriis caret) non interpositis aut ex libro M^2 ipso aut ex alio apographo deperdito descriptum esse apparet.

Const. ἁγ. τριάδ. 90 initio textum hyparchetypi ω^2, tum (inde ab 79,7 εἰς pro πρὸς) textum familiae α praebet. quae res explicari potest, si ponimus correctorem quendam parentis Constantinopolitani (vel eius patris) suum exemplar ex stirpe libri α ortum prima in parte maxima diligentia cum teste hyparchetypi ω^2 contulisse et omnes fere eius lectiones proprias inscripsisse, progrediente autem labore collationem desiisse (quod non raro animadvertitur, cf. Langerbeck GNO VI p. XXVI). Vaticanus 712, qui excerptum orationis continet, cum plerisque locis cum textu familiae α congruat, nonnumquam lectiones hyparchetypi ω^2 proprias tradit, quae fortasse ex collato quodam teste huius hyparchetypi descriptae sunt. In Veneto Marc. VII 38 lectiones et familiae α propriae (cf. e.g. 77,2 πίστεως, 77,8 ἐπιδεικνύηται, 77,13 γλῶτταν) et familiae β propriae (cf. 78,7 ἀπιστούντων coll post Φαρισαίων, 78,21 τῶν πάντων, 82,1-2 τοῦ ἁγίου τόπου τούτου = β^5 etc.) et hyparchetypi ω^2 ita promiscuae inveniuntur, ut dubitem, an codex (cuius textum mixtum nullius pretii esse apparet) familiae α recte attribuatur. sed et eum et ceteros infirmos familiae α testes diligentius exquirere mihi opus non esse videtur. denique excerpta Florentina Laur. plut. 6.12 et 86.8, quae ex eodem patre fluxisse videntur (cf. menda communia 90,7 ante φῶς om τὸ, 90,14 ἀπόφασιν: φωνὴν), cum paucissimas tantum lineas orationis tradant, certo stemmatis loco locari non possunt; sed ex lectione, quam 90,9 praebent (... ἐνδέχεται οὖν εἰ μὴ ...), conicere licet in libro, ex quo descripta sunt, lectionem libri α propriam (εἰ οὖν ante οὐκ ἐνδέχεται add α) ad textum ex quodam teste hyparchetypi ω^2 haustum (cf. 90,7 υἱὸν om) falso loco adscriptum esse (cf. praeterea 90,6, ubi exc. Flor. Laur. plut. 6.12 et 86.8 τὴν et τοῦ om = ω^1).

4. De hyparchetypo α

Hae sunt lectiones recensionis α propriae:

1. *addidit*: 84,12 τῆς ante σπονδῆς (del M^2), 89,16 εἰ post ὅτι (pro ὅτε, corr M^2), 90,9 εἰ οὖν ante οὐκ, 93,9 γε post καίτοι.
2. *omisit*: 85,14 ὁ τῆς ἀληθείας ἀγωνιστὴς (in marg add M^2), 92,9 τῶν.

3. *verba mutavit* (a) *substantiva*: 77,13 γλῶσσαν: γλῶτταν, 91,2 πνευματομαχούντων: πνευματομάχων, 91,11 Χριστομαχούντων: Χριστομάχων, 92,1 ἀξίας: δεξιᾶς (corr M^2), (b) *verba temporalia*: 76,12 ὑφήπλωτο: ἐφήπλωτο (corr M^2), (c) *pronomina, particulas etc.*: 77,2 τέως: πίστεως, 79,7 πρὸς: εἰς, 92,8 δὲ: γὰρ (corr M^2).
4. *verba aliter flexit*: 77,8 ἐπιδεικνύοιτο: ἐπιδεικνύηται (corr M^2).
5. *ordinem verborum commutavit*: 90,6 ὧν coll post πνεύματος.

Quas omnes lectiones arte coniecturali factas esse mihi persuasi, sive a viro docto, qui librum α scripsit, sive ab auctore eius libri ω^1, quem librarius codicis α in litteras minusculas translitteravisse videtur. quo in hyparchetypo ω^1 vir doctus Byzantinus multa Gregorii opera collegit et ita disposuit, ut in initio collectionis sedecim orationes in ordinem menologii redigeret et in ea parte quasi panegyricum Gregorii proprium conficeret (cf. infra p. CCX sq). librum α testem optimum hyparchetypi ω^1 fuisse constat.

B. De hyparchetypo β

1. De recensione codicum

Memoria recensionis β in duos ramos (β^1 et β^2) divisa est. familiae β^1 antiquissimi testes sunt Hierosolymitanus Patriarchiu 6 = H et Escorialensis gr. Φ III 20 = Φ. praeterea interposito libro deperdito, in quo textus vario modo correctus et contaminatus est ($=\beta^{10}$), ex libro β^1 Thessalonicensis Vlatadon 7 et Vaticanus Barberinianus gr. 481 dependent. libri β^2 stirps latius diffusa est: singulis tantum interpositis nunc deperditis libris Londiniensis Musei Britannici gr. Add. 22733 et Parisinus gr. 1466 = P^a ex libro β^2 fluxerunt; eis cognatus est ultimis in paginis Vaticanus Ottobonianus gr. 402, cuius parentis scriba finem orationis Gregorii in libro, quem descripsit, deletam ex alio codice, atque in maiore orationis parte usus est, depinxisse videtur. ex tertio apographo deperdito libri β^2 ($=\beta^3$) descripti sunt Parisinus gr. 1199 = Γ et liber nunc amissus ($=\beta^4$), ex quo permulti libri orti sunt. quo in libro β^4 non modo multas lectiones proprias textui insertas, sed etiam collato libro ex hyparchetypo ω^2 orto lectiones familiae β adhuc proprias demptas esse constat. auctor codicis β^3 Byzantii vetus panegyricum annale in litteras minusculas translitteravisse et quasi publicum eius panegyrici exemplar constituisse videtur. ex libro β^4 dependent (interposito libro β^5) Oxoniensis Bodleianus Holkhamianus 18, Vaticanus Palatinus gr. 245 et Vaticanus gr. 654, fortasse (interposito libro β^{11}) Patmensis 187, Romanus Vallicellianus E 22 et Lugdunensis Gallorum 542, sed quia ei libri multis locis a ceteris testibus abhorrent, dubitari potest, an hoc loco stemmatis familiae β collocandi sint. ex quarto apographo libri β^5 nunc amisso

($=\beta^7$), quod orationes Symeonis metaphrastici in dies festos mensis Decembris interque eas encomium Gregorii In Stephanum I continuit, partim recta via partim interpositis libris deperditis hi codices fluxerunt: Atheniensis gr. 2106, Parisinus gr. 1559, Vaticanus gr. 1645, Monacensis gr. 132, Vaticanus gr. 815. ex fratre autem libri β^5 amisso ($=\beta^6$) dependent interposito libro β^8 Parisinus gr. 1176, Londiniensis Musei Britannici gr. Add. 22745 et Vaticanus gr. 1190, interposito libro β^9 Constantinopolitanus παναγίου τάφου 244, Florentinus Laurentianus plutei 4,4, cuius apographon Parisinus gr. 819 esse videtur, et Vaticanus Ottobonianus gr. 247. ex aliquo autem teste libri β^2 fragmentum quoque breve, quod in Atheniensi Loverdu 127 servatum est, fluxit.

2. Stemma codicum



3. De testimoniis stemmatis

Hae lectiones libri β^1 propriae inveniuntur: 78,4 ἀνθρωπίνης: πνευματικῆς, 78,8 τὴν θαυματουργίαν: τῆς θαυματουργίας, 79,13 καὶ Λιβερτῖνοι om, 81,16 ante Μακεδόνες add καί, 83,9 νῦν: οὖν, 88,23 ὁ om, 89,4 ἐκδύνειν: ἐκλύνειν, 91,12 παρεστάναι: ἱστάναι. quibus omnibus locis mihi errores scribae subesse videntur. In Vaticano Barb. 481 et Thessalonicensi Vlat. 7, quorum parens β^{10} nonnullis locis correcturis instructus erat, neque lacuna 79,13 neque varia lectio 89,4 invenitur. libri β^2 lectiones propriae, quarum pars in libro β^4 (= *), pars iam in libro β^3 (= **) deleta est (ut in apographis non iam inveniantur), sunt hae: 76,3 τὴν Παύλου φωνήν: τὸν ἀπόστολον (*), 80,7 περιχαίνοντες: περιέχουσι (*), 81,13 αὐτὸν om, 85,19-20 τοῦ σταδίου: τὸ στάδιον, 86,8 post ἀκούσατε add μου, 90,1 διεπέτασεν: διέστησεν, 91,5 ante πνεύματος add τοῦ, 91,11 φασί: φησὶ (**), 91,12 γὰρ om (*), 91,13 ποιοῦνται: ποιοῦν (**), 93,16 συνενδείκνυται: συνεδείκνυτο (**). quarum lectionum nonnullae mihi arte coniecturali ortae esse videntur. Vaticanus Ott. 402 textum libro β^2 traditum ultimis tantum paginis continet (prima libri β lectio propria lacuna 89,2-3 οἱ τῶν - γυμνασίαις invenitur): igitur liber, ex quo Ottobonianus maxima parte fluxit (γ^{11}, cf. infra p. CXCIII), mutilatus esse videtur. denique scribam Atheniensis Loverdu 127, qui locos de trinitate ex variis auctoribus ecclesiasticis collegit, brevissimum excerptum 91,3-7 ex aliquo familiae β^2 teste sumpsisse eo demonstratur, quod lectionem libri β^2 propriam 91,6 (ante πνεύματος add τοῦ) et lectionem hyparchetypi ω^1 propriam 91,6 εἰπεῖν (pro ἰδεῖν) praebet.

Libri β^3 auctor non modo textum libri β^2 in litteras minusculas transitteravit, sed etiam ex collato teste hyparchetypi ω^2 nonnullas lectiones exhausit et in suum librum ita inscripsit, ut librario Parisini gr. 1199 77,10-12 duas lectiones permixtas tradere liceret: καὶ πυροειδῶς εἰς γλώσσας διαμερισθὲν τὸ πνεῦμα (= β) κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν δεχομένων τὴν χάριν τὸ πνεῦμα διαμερισθὲν (= ω^2) ἐν ἑκάστῳ ἐγίνετο. paucis autem locis etiam lectiones proprias proposuit (ut 80,17 καθάπερ γάρ: καὶ καθάπερ, 82,9 μετατεθήσεσθαι: κατατεθήσεσθαι, 85,3 φονώντων: φονευτῶν, 92,7 post διδάσκαλος add καὶ). in libro β^4 hae variae lectiones memoriae familiae β insertae sunt, quas librarius omnes ex alio codice sumpsit, quem primis in paginis summa diligentia contulit, postea omnino neglexit (collatum exemplar ex stirpe familiae δ fuisse apparet, cf. infra p. CXCVI sq): 75,8 ἀποδυόμενος: ἀποδυσάμενος, 76,1 ὡς ὁ: ἕως ὁ, 76,1 ἐναγωνίζεται: ἐναγωνίσηται, 76,9 τιμίων: τοιούτων, 76,9 ante ἐν ἀρχαῖς add ὁ, 76,12 ἀγωνιζομένοις: ἀνταγωνιζομένοις, 76,15-16 τῇ κατὰ τῶν ἀνθρώπων ... νίκῃ om, 77,8 θαυμάτων: θαυμασίων. variarum lectionum libri β^5 propriarum, quae omnem per orationem dispositae sunt, has enumero: 76,2 ἀποδυόμενος: ἀποδυσάμενος, 77,2 τέως coll post κῆρυξ, 77,11 τὸ πνεῦμα: τοῦ πνεύματος, 78,21 παντὸς (πάντων β): ἁπάντων, 81,6 ἐναπεκλείετο: ἐναπέκειτο, 81,15 Σύροι om, 82,1-2 τοῦ ἁγίου τόπου τούτου, 82,12 τοῦ προμηνύσαντος: τῶν προμηνυσάντων, 84,10 τοῦ om, 86,6 ἐπισημαίνοντες: ὑποσημαίνοντες, 89,5 διδάσκοντες: διδάσκονται, 90,9 post θεωρίαν add μὴ βλέποντος, 92,6 ἐκεῖνος coll ante αὐτός.

Oxoniensis Holkh. 18 ex viginti uno lectionibus librorum β^4 et β^5 propriis tres non tradit (76,15-16 nulla lacuna, 76,9 ante ἐν ἀρχαῖς non add ὁ, 89,5 διδάσκοντες, non διδάσκονται); quare parentem eius paucis locis correctum fuisse concludendum est. Patmensis 187 et Lugdunensis 542 ex eodem multis correcturis instructo exemplari (= β^{11}) fluxisse videntur; itaque in utroque codice nonnullae lectiones librorum β, β^2, β^3, β^4, β^5 propriae non iam inveniuntur. qua de causa id exemplar tam infidelis testis libri β habendus est, ut plura de eo exquirere mihi opus non esse videatur. ex eodem libro β^{11} (vel ex quodam eius apographo) Romanus quoque Vallicellianus E 22 fluxit, qui fragmentum encomii (inc. 89,7 φασὶ γάρ) titulo instructum (Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσσης ἀπὸ τοῦ ἐγκωμίου εἰς τὸν ἅγιον Στέφανον τὸν ᾱμάρτυρα) continet: quoad fragmentum inspexi (fol. 42v), eundem textum quem Patmensis 187 et Lugdunensis 542 tradit. sed hactenus de eo teste vilissimo. hae sunt variae lectiones libri β^7 propriae: 76,19 ἠγάσθη: ἠράσθη, 81,7 ἄλλος: ἄλλοις Par. 1559, Mon. 132, Vat. 815, ἄλλοι reliqui (in libro β^7 scriptum esse videtur ἄλλος with οι superscript), 87,6 διαφαινόμενον: φαινόμενον. denique variarum lectionum libri β^6 propriarum exempli gratia has enumero: 83,9 παρεῖναι: παραστῆναι, 89,11 ἀριθμεῖσθαι: ἀριθμηθῆναι. nonnulla quoque menda propria in apographis libri β^8 (cf. 76,11 τότε om, 77,2 ἐγίνετο: ἐγένετο = α) et libri β^9 (80,7 τοῦ βάλλοντος [τοὺς βάλλοντας β]: τῶν βαλλόντων, 85,1-2 τῷ λόγῳ: τὸν λόγον, 88,16 τῶν: τὸ, 92,10 ἐνδείκνυται om), quos pessimos testes non iam diligenter perscrutatus sum, inveniuntur.

4. De hyparchetypo β

Postquam varias lectiones familiarum β^1 et β^2 proprias cognovimus, textum hyparchetypi β ipsius restituere possumus. hae lectiones eius propriae, quarum nonnullae aut in libro β^4 (= *) aut in libro β^3 (= **) deletae sunt (ut in apographis non iam inveniantur), exstant:

1. *addidit*: 80,15-6 καὶ ante κατήγορος, δικαστής et δήμιος, 90,1 τῆς post ἄρα (**).
2. *omisit*: 80,1 παρὰ τοῦ ἐχθροῦ τῆς ἀληθείας (**), 81,4 κατ', 83,13-14 ἡ δάμαλις (excepto Vat. Barb. 481), 84,20 τε, 89,2-3 οἱ τῶν ἀγώνων παυσάμενοι παιδοτριβοῦσι τοὺς νέους ταῖς ἀθλητικαῖς γυμνασίαις (excepto

β^{10}), 89,14 ἤ, 90,4-5 ἢ τῆς ἀγγελικῆς βοηθείας πλήρης γενόμενος (excepto β^{10}, **).

3. *verba mutavit* (a) *substantiva*: 94,11 Στεφάνου: ἁγίου (excepto Vat. Barb. 481), (b) *verba temporalia*: 80,2 οὖσαν: ἀλήθειαν, 87,4 ἐκβῆναι: ἐκβληθῆναι, 91,3 μεμαρτύρηται: μεμαθήκαμεν, 91,12 παρεστάναι: ἱστάναι Φ H Lond. Add. 22733, ἑστάναι β^{10}, παριστάναι β^{2}, (c) *pronomina, particulas etc.*: 83,5 ὁ: καὶ, 86,14 παρ' αὐτῶν: παρὰ τῶν (**), 94,1 καὶ ὡς: καθὼς.
4. *verba aliter flexit* (a) *substantiva, adiectiva, pronomina etc.*: 87,17 ἐκεῖνα: ἐκείνων (excepto Vat. Barb. 481), 87,18 ὧν: οὗ (**), (b) *verba temporalia*: 76,15 ἐγγυμνασάμενος: ἐγγυμναζόμενος (ἐνγ- Φ H, *), 80,7 περιχαίνοντες: περιχένουσι Φ H, περιχαίνουσιν Thess. Vlat. 7, περιέχουσι β^{2} (excepto Vat. Barb. 481), 80,18 ὑποβάντες: ὑποβαίνοντες, 85,4 διεγήγερτο: διεγήγερται (**), 87,15 ποιήσαντες: ποιοῦντες (-οῦντος Φ), 87,17 ἐκοινώνει: ἐκοινώνησε, 90,1 ἦν: ἐστὶν (**).
5. *ordinem verborum commutavit*: 76,11 τότε coll post ἀθλητὴν (*), 80,3 εἴποιμι ἂν coll post κήρυκος.

tabellae adscribi possunt eae lectiones, quae excepto codice H aut omnibus familiae β testibus (86,2 διὰ τῆς παρρησίας: τῇ παρρησίᾳ, 91,10 ἱστορηθέντων: σκοπηθέντων) aut libris β^{1} β^{2} β^{3} (91,8 υἱὸς: κύριος) traditae sunt.

Plerasque lectiones codicis β proprias arte coniecturali ortas esse apparet. quarum coniecturarum auctor elocutionem orationis emendare conatus esse videtur. mutavit enim e.g. 91,3 μεμαρτύρηται in μεμαθήκαμεν, 91,10 ἱστορηθέντων in σκοπηθέντων et substituit tempus praesens pro tempore praeterito (76,15, 80,18, 85,4, 87,15, 90,1) atque indicativum pro participio (80,7), ut animi audientium verbis oratoris magis commoverentur. liber eius fuit panegyricum annale, in quo orationes illustrium oratorum ecclesiasticorum, quae in ecclesiis recitarentur, collectae sunt. quod panegyricum saeculo nono Byzantii ortum auctorem libri β^{3} (ineunte saeculo decimo?) in litteras minusculas translitteravisse iam dixi. sublatis lectionibus propriis liber β testis gravis eiusdem editionis, ex qua liber α fluxit (= ω^{1}), iudicandus est.

C. De hyparchetypo γ

1. De recensione codicum

Testes recensionis γ magis eo, quod lectionibus aliarum familiarum propriis carent, quam eo, quod lectiones recensionis γ proprias praebent, inter se connecti sunt. omnes fere testes interpositis libris deperditis γ^{1},

γ^{2}, γ^{3}, γ^{4} ex hyparchetypo γ fluxerunt. libri γ^{1} testis gravissimus est Sinaiticus gr. 493 = Ψ; uno vel duobus libris deletis interpositis item liber deperditus γ^{5} ex libro γ^{1} ortus esse videtur, ex quo Constantinopolitanus ἁγίας τριάδος 87 et pater (= γ^{6}) codicum Athoorum Lavras Δ 83 (et eius apographi Lavras Λ 70) et Lavras Δ 54 fluxerunt. ex libro γ^{2} descripti sunt Vaticanus gr. 455 = F^{a} (cuius apographon est Romanus Vallicellianus gr. F 33), Parisinus gr. 1195 et interpositis libris contaminatis Athous Protatu 19 (ex quo Vaticanus gr. 816 et Athous Protatu 50 descripti sunt) et Constantinopolitanus ἁγίας τριάδος 89. ex libro γ^{3} fluxerunt Oxoniensis Bodleianus Laudianus 82 et liber Athous amissus γ^{7}, cuius textus tam multis locis a recensione γ abhorret, ut scribam aut libri γ^{7} aut eius parentis libros ex aliis recensionibus ortos (imprimis ex recensione ε) comparavisse necesse sit conicere. quo ex libro γ^{7} orti sunt Athoi Vatopediu 498 et 639, Parisinus Coislinianus 306 (qui in Athoo monasterio Konstamonitu scriptus est), libro deperdito interposito γ^{8} Athoi Dochiariu 78, Kutlumusiu 380, Panteleimonos 471, Dionysiu 776, interposito libro perito γ^{12} Atheniensis gr. 981 et Athous Xiropotamu 39. ex libro γ^{4} descripsit Arsenios monachus anno 911 codicem γ^{9}, qui pater fuit Lugdunensis Batavorum Gronoviani 12 = L et Londiniensis Musei Britannici gr. Old Royal 16 D I = Λ (cuius apographon est Taurinensis gr. C I 11, ex quo Montepessulanus 122 descriptus est) et — ut videtur interposito quodam libro deperdito — Constantinopolitani παναγίου τάφου 773. praeterea ex codice γ^{4} interpositis libris amissis, quorum auctores textum orationis multis locis commutaverunt, nati esse videntur Vaticanus gr. 555 (ex quo Vaticanus Ottobonianus gr. 305 descriptus est) et Vaticanus Ottobonianus gr. 402 (cuius auctor finem orationis ex teste familiae β^{2} sumpsit, vide supra p. CLXXXVI) et Atheniensis gr. 992, etsi is textum mixtum praebet. fortasse ex eodem libro deperdito, ex quo Ottobonianus 402 descriptus est (γ^{10}), alius quoque liber amissus (= γ^{11}) fluxit, qui est pater horum antiquorum codicum: Neapolitani gr. II C 26, Parisini gr. 1478, Parisini gr. 1451, Meteoron μεταμορφώσεως 549. cum auctores librorum γ^{10} et γ^{11} textum e variis fontibus haustum praebuerint, eorum apographa non testes graves libri γ^{4} iudicari possunt. denique ex hyparchetypo γ tres quoque codices, qui neque ex libris $\gamma^{1\text{-}4}$ nati sint neque inter se artius cohaereant, alio quodam modo orti esse videntur: Vaticanus gr. 446 = E, Athous Protatu 2 et Parisinus gr. 1490.

2. Stemma codicum

Videas licet infra.



3. De testimoniis stemmatis

Haec exempla lectionum codicis γ^1 propriarum proponam: 75,11 καταλιθούμενος: καταλιθοβολούμενος, 76,3 ante Παύλου add τοῦ, 76,15 Στέφανον: Στεφάνου, 80,2 συσκευάζεις: κατασκευάζεις etc. textus autem libro γ^5 traditus tot locis ab Sinaitico Ψ abhorret, ut libro, ex quo pendet, lectiones ex aliis libris haustas insertas esse conicere necesse sit. reapse aliquem hominem doctum in libro γ^5 varias lectiones inscripsisse ex his exemplis cognosci potest: 77,6 ἐπὶ πίναπος: ἐπίνακος Const ἁγ. τριάδ. 87, ἐπὶ πίνακος τῆς εἰκόνος Athoi (cf. hyparchetypum ε), 83,1-2 ὁ οὕτως περὶ τὸν νόμον ἔχων: ἢ πῶς πε̊ρὶ τὸν νόμον$^{\text{οὕτως}}$ἔχων Athous Lavras Δ 83, ἢ πῶς περὶ τὸν νόμον οὕτως ἔχων Athoi Lavras Δ 83 et Λ 70, ὁ οὕτω ante περὶ τὸν νόμον ἔχων in rasura (i.e. pro ἢ πῶς) Const ἁγ. τριάδ. 87. ex multis lectionibus libri γ^6 propriis has paucas exempli gratia afferam: 77,7 post ἡμῖν

add ἡ, 77,8 ἡ τῶν θαυμάτων om, 77,13 θαύματος om, 81,7-9 νυνὶ δὲ - ἐξείργοντες om, 85,22 τὴν ψευδώνυμον σοφίαν τὴν διὰ om etc.

Libri γ^2 errores proprii imprimis lacunis constitisse videntur, quae testibus gravissimis Vat. 455 et Par. 1195 communes sunt (78,1 λύσαντας - ὁμοφωνίαν om, 78,10 τοῦ δὲ Πέτρου μιᾷ om [in marg add Par. 1195], 84,8 καὶ ἀπηνεῖ τῇ om, 84,11-12 οὐκ ἀλλότριον ἀλλὰ τὸ ἴδιον προσάγων om, 91,6 εἰ χωρὶς - ἰδεῖν om etc.). lacunae 84,8, 84,11-12, 91,6 quoque in Const. ἁγ. τριάδ. 89 inveniuntur, item quaedam lectiones amborum codicum propriae (ut 77,17 τοῖς ἀποστόλοις: αὐτοῖς), sed textus eo libro traditus tam confusus est, ut testis utilis ad librum γ^2 restituendum non iudicetur (respicias autem quaeso id, quod vir doctus F. Mann 208-16 de textus orationis In diem natalem, qui fol. 184-200 codicis traditur, condicionibus diligentissime explicat). Ath. Prot. 19 nonnullis locis cum Vat. 455 et Par. 1195 consentit (ut 77,3 διήγγελλε: διελέγετο, 82,19 νόμους: τύπους, 88,14 Χριστὸν: χρηστως Vat. 455, χς Ath. Prot. 19, lacuna Par. 1195, 93,17 τε καὶ καθορώμενον om), sed is quoque liber textum mixtum, qui aliis libris collatis (uno ex familia γ^9) constitutus est, praebet. ex eo Vaticanum gr. 816 (qui in monasterio Athoo τοῦ παντοκράτορος ortus est) et Ath. Prot. 50 descriptos esse apparet: qui enim tres libri tradunt textum omnino eundem (cf. e.g. lectiones proprias 75,12, ubi Ath. Prot. 19 in textu κειμεν ... [syllaba ultima evanuit], in marg. τῷ θανάτῳ praebet: κείμενος τῷ θανάτῳ Vat. 816, κειμένῳ τῷ θανάτῳ Ath. Prot. 50; 79,11 ante ἄμαχος add ἀκαταγώνιστος etc.; cf. praeterea 92,5, ubi in Vat. 816 καθὼς - εὐαγγέλιον i.e. una linea Athoi Prot. 19 in margine adscriptum est, et duas fenestras in Ath. Prot. 50 (80,13-14 τὰ ψευδῆ - προσδέχεσθαι om, 81,5-6 κατὰ τῶν - ἡ τοῦ om), quibus locis in Ath. Prot. 19 (ut saepius) foramen membranae agglutinato membranae particulo (quod inter annos 1370 et 1621/2 periit) sartum erat.

Libri γ^3 lectiones propriae sunt hae: 76,7 πᾶσα ... ἡ στρατιά: πᾶσαι ... αἱ στρατιαὶ, 80,2 συσκευάζεις: σκευάζεις, 81,6 τάχα μόνοις ἂν: τάχα ἂν μόνοις etc.; confer quoque 77,8 ἐπιδεικνύοιτο: ἀπεδείκνυτο Ox. Laud. 82, ἀποδεικνύοιτο γ^7 exceptis Ath. Vat. 639 et libro γ^{12}, in quibus ἀποδείκνυτο scriptum est. cuius apographi γ^7 lectionum propriarum has proponam: 76,4 πρῶτος τὸν στέφανον τῆς μαρτυρίας ἀναδησάμενος om, 76,9 καὶ post δυνάμεσι om, 76,9 ante θρόνους add τε, 77,18 ἐνσχεδιασθείσης: ἐνηχηθείσης, 78,8 ἐκπεπληγμένους: ἐκπληττομένους, 82,16 μεταποίησις: μετάπτωσις. quibus locis quaedam lectiones addi possunt, quae ex stirpe hyparchetypi ε in librum γ^7 translatae sunt, ut 77,17 ante πνεύματος add ἁγίου, 84,5 βοὰς (pro primum βολὰς): φωνὰς (exceptis Ath. Vat. 639 et libro γ^{12}), 90,3 οὐκ ἔστι ταῦτα οὐκ ἔστι; eodem modo lectiones hyparchetypi ω^1 proprias (quae in memoria familiae ε inveniuntur) textui libri γ^7 insertas et complures lacunas impletas esse verisimile est. ex lectionibus libri γ^8

propriis confer haec pauca exempla: titulus: ante πρωτομάρτυρα add ἀπόστολον καὶ, 76,13 πονηρὸς: δεινός, 78,15-16 συρρεόντων τῆς πίστεως, 79,16 ἐν om etc. in libro γ^{12} textus recensionis γ^{7} nonnullis locis mutatus est; itaque 76,4 lacuna impleta et variae lectiones 78,8 ἐκπληττομένους et 82,16 μετάπτωσις correctae sunt. collatum esse exemplar ex stirpe codicis Arsenii (= γ^{9}) his lectionibus, quae in apographis libri γ^{12} inveniuntur, conici potest: 80,7-8 αἱ κύνες ... περιχαίνουσαι ... ἁπτόμεναι, 91,14 εἴποιεν ἂν etc.

Libri γ^{4} lectiones propriae sunt hae, quas aut liber γ^{9} et Vat. 555 et Vat. Ott. 402 aut liber γ^{9} et Vat. 555 (= *) aut liber γ^{9} et Vat. Ott. 402 (= **) communicant: 77,8 ἐπιδεικνύοιτο: ἐπιδείκνυται (-νυτο Lugd. Gron. 12), 77,16 προπαιδεύσεως: παιδεύσεως, 78,13 πύλην coll ante τοῦ ἱεροῦ, 80,4 βλάψον: βλέψον (**), 80,12 τε om (*), 83,3 μὴ om (*), 87,2 διαναστάντες: ἀναστάντες, 89,1 τῇ ... ἱστορίᾳ: ἡ ... ἱστορία (*), 89,8 ἀτοπίας: ἀπολογίας (ἀτοπίας add in marg Lugd. Gron. 12) (*), 91,10 παρὰ: ἐκ (*), 93,12 ὡς: ὥσπερ (*), 93,15 καὶ ἐπὶ om (*). praeterea nonnullas lectiones aut familiae α proprias (ut 76,4 ante Στέφανος add μέγας (*), 79,7 ante ὅσοις add ἐν (*), 86,9 συνέπλασσον: συνέπλεκον, 86,17 post εἶτα add ἡ) aut hyparchetypi ω^{1} proprias (ut 77,15 ante γλωσσῶν add τῶν, 78,20 ἑαυτὸν οἶδεν, 80,8 ἀληθεστάτων: ἀνθισταμένων, 81,11 ἐκλογῆς: ἐκκλησίας) aut (praecipue initio orationis) familiae ε proprias (ut 77,2 τέως: τε, 77,3 διήγγελλε: διήγγειλε, 77,6 πίνακος: εἰκόνος) ex collato libro ε ipso, cuius scriba testem hyparchetypi ω^{1} adhibuerat, in librum γ^{4} translatas esse mihi verisimile videtur.

Libri γ^{9} i.e. codicis Arsenii hae variae lectiones inveniuntur: 75,5 ἀντιλαμβάνομεν: ἀντιμεταλαμβάνομεν, 76,3-4 καὶ ἀγγέλοις coll post ἀνθρώποις, 78,14 τῷ ... θαύματι: τὸ ... θαῦμα, 79,5 αὐγὴν: αὐτὴν (correxit ut videtur in Λ man. sec.), 79,15 ἀνθρωπίνων: ἀνθρωπείων, 81,13 ὁπλιστὴν recte (ceteri falso ὁπλίτην), 83,1 περὶ om, 83,16 ἐκείνων om, 86,11 οὐδὲ (ante πρὸς): οὔτε, 86,13 μάτην: μάταια, 87,17 τοῖς παροῦσι om, 91,2 πεφώραται: πεφανέρωται, 91,13 ἀπόδειξιν - πατρὸς om, 93,16 οὕτω: οὔτε. quarum lectionum pleraeque erroribus Arsenii ortae esse videntur, qui librum γ^{4} scriptura continua litterisque uncialibus exaratum, cum eum exscriberet, non omnibus locis recte explicavit. quo in codice Arsenii interdum varias lectiones ad textum adscriptas esse inprimis ex his locis intellegi potest, quibus scriba Lugdunensis Gron. 12 verba in scribendo correxit: 76,18 εὑρετῇ correxit ex εὐεργέτῃ, 80,11 παλαίσματος ex πλάσματος, 81,15-16 nomina populorum transposuit ex nominativo in accusativum. Const. πανάγ. τάφ. 773 non ex codice Arsenii ipso descriptus esse videtur, cum omnes quidem lectiones librorum γ^{9} et γ^{4} proprias, sed item nonnullas alias singulis testibus traditas lectiones tradat (ut 76,6 μέχρι: ἄχρι, 78,12 χωλοῦ: τύφλου etc.). quibus et permultis aliis locis corrector quidam, qui libro ex stirpe hyparchetypi α orto usus est (cf. 77,2 ad τε [pro τέως] in marg πίστεως, 84,12 ante σπονδῆς add τῆς, 92,1 ad ἀξίας in marg δεξιᾶς, 92,8 ad δὲ in marg γὰρ etc.), textum aut in margine aut inter lineas correxit.

Cum multae lectiones libri γ^{11} propriae inveniantur (cf. 77,11 post ἀριθμὸν add τῶν ἀποστόλων, 78,19 δευτερεύειν: δεύτερον εἶναι, 78,21 σαρκὸς: σαρκώσεως, 81,17 ἐπιστήμην: δύναμιν, 82,7 γὰρ: οὖν, 86,20 κύριον: Χριστὸν, 87,13 ἀλλοιωθέντος: ἀξιοθέντος, sed respice lacunas maximas in Parisino 1451 75,1-77,10, 86,14-88,23, 93,17-94,14 et in Meteoron μεταμορφώσεως 549 77,14-82,7), de libro γ^{10} nihil aliud nisi id, quod mutilatus fuit, exquirere potui: finis orationis in Vat. Ott. 402 ex teste libri β^{2} (cf. supra p. CLXXXVI), in Neap. C II 26 ex teste familiae ε (cf. 90,3 post ταῦτα add οὐκ ἔστι, 90,7 ὁ προφήτης φησιν, 91,17 ἀπόστολος: Παῦλος, 92,9 post τῶν add γινομένων, 92,14 ἐπὶ τῶν σχίων etc.), in Parisinis ex aliquo teste familiae γ haustus est (in Meteoron μεταμ. 549 textum inde ab 89,19 usque ad finem inspicere non potui). Atheniensis 992 ex libro γ^{4} ortus esse eo probatur, quod et complures lectiones libri γ^{4} proprias (77,8 ἐπιδείκνυτο + Lugd. Gron. 12, 77,16 παιδεύσεως, 78,13 πύλην τοῦ ἱεροῦ, 87,2 ἀναστάντες) et eas lectiones, quas libri γ^{4}, α, ω^{1}, ε communicant (vide supra p. CXCII) et nonnullas lectiones codicis Arsenii γ^{9} proprias (75,6 ἀντιμεταλαμβάνομεν, 79,15 ἀνθρωπείων, 81,13 ὁπλιστὴν, 87,17 τοῖς παροῦσι om) praebet. sed nonnumquam Atheniensis 992 et Vaticanus Ott. 402 contra reliquam libri γ^{4} stirpem repugnant, ut e.g. 75,8 ἐνδυσάμενος (γ^{4}: ἐνδυόμενος), 76,3 ante Παύλου add τοῦ (γ^{4} om), 81,8 κατεσπάρησαν (γ^{4}: διεσπάρησαν), 87,19 ἀνεωγότας (γ^{4}: ἀνεωγμένους). fortasse libro γ^{4} multae correctiones variaeque lectiones insertae sunt, quas scribae apographorum non omnes eodem modo respexerunt. sed res se ita obscura habet, ut certe explicari non possit.

Denique tres codices Vaticanus 446, Athous Prot. 2 et Parisinus 1490, qui libris γ^{1-4} non interpositis ex hyparchetypo γ fluxisse videntur, cum libris γ^{1-2} duas lacunas communes habent (76,15 τῇ κατὰ τῶν ἀνθρώπων om, 85,15 τῆς ante τότε om) et plerumque textum hyparchetypi γ (i.e. textum hyparchetypi ω^{2} exceptis variis lectionibus librorum δ, ε, ζ propriis), sed nonnullis locis (praecipue in Parisino 1490) commutatum tradunt, quod libris, ex quibus pendent, lectiones ex collatis testibus aliarum familiarum haustae insertae sunt.

4. De hyparchetypo γ

Cum testes recensionis γ praecipue eo, quod varias lectiones librorum ω^{1}, δ, ε, ζ proprias non praebent, inter se coniuncti sint, tabella lectionum libri γ propriarum constitui non potest. quin etiam mea quidem

sententia dubitare licet, utrum hyparchetypus γ ex uno aut ex compluribus libris, quibus textus hyparchetypi ω^2 minus quam libris δ, ε, ζ mutatus est, constiterit. sed de ea quaestione vide infra p. CCXI sq.

D. De hyparchetypo δ

1. De recensione codicum

Testis antiquissimus gravissimusque hyparchetypi δ est Florentinus Laurentianus plutei 7,26 = Y. interpositis autem libris deletis, in quibus textus Gregorii vario modo commutatus est, praeterea quattuor libri ex eo fluxerunt. quorum Florentino Y proximus est Athous Iviron 683, ex quo Athous Iviron 594 descriptus esse videtur. ex tertio libri δ apographo, quod cum teste hyparchetypi α collatum est ($=\delta^1$), dependent et Parisinus gr. 921 et (interposito libro amisso δ^3) Atheniensis gr. 2101 eiusque frater Atheniensis Benaki 24 et (alio interposito libro mutilato, in quo lectiones familiae β^7 propriae inscriptae sunt) Oxoniensis Bodleianus Baroccianus gr. 192. interposito autem libro deperdito, cuius auctor testem quendam hyparchetypi ω^1 contulit, ex libro δ quoque Mediolanensis Ambrosianus gr. C 124 sup, qui est pater Athoi Panteleimonos 300, dependet. ex quinto denique eius apographo, in quo textus mirum in modum ex duobus fontibus (δ et ω^1) permixtus esse videtur ($=\delta^2$), Parisinus gr. 582 et Oxoniensis Bodleianus Baroccianus gr. 234 fluxerunt.

2. Stemma codicum

Videas licet infra.

3. De testimoniis stemmatis

Librum δ^1 cum teste hyparchetypi α collatum esse ex his exemplis cognosci potest: 76,1 ἐναγωνίζεται (ἐναγωνίσηται δ), 76,12 ἀγωνιζομένοις (ἀνταγωνιζομένοις δ), 76,15-16 τῇ κατὰ τῶν ἀνθρώπων ... νίκῃ (om δ), 77,8 γὰρ add post μὲν (om ω^2), 80,9 post ἦν add ὁ πονηρὸς ($=\omega^1$), 80,15 ἐνδιασπείρας: ἐγκατασπείρας ($=\omega^1$), 80,16 post καὶ add πᾶσα ($=\omega^1$), 83,7 κατασκευάσας: νομοθετήσας ($=\omega^1$), 83,16 ἔλθῃ: ἔλθοι ($=\omega^1$), 90,9 ante οὐχ add εἰ οὖν (= α), 91,11 Χριστομάχων (= α), 91,12 τούτων: τούτου ($=\omega^1$, τοῦτο Athen. Benaki 24). Atheniensibus 2101 et Benaki 24 tot menda propria communia sunt (ut 75,11 καταλιθολευστούμενος, 76,10 post πᾶσα om ἡ, 76,11 ἀνταγωνιστῇ: ἀγωνιστῇ, 77,2-3 κεκρυμμένης ζωῆς τέως καὶ ἀγνοουμένης, 77,8 ante ἄνωθεν om ἡ etc.), ut eos ex eodem exemplari δ^3, i.e. apographo libri δ^1 correcturis instructo, defluxisse manifestum sit.



Oxoniensis Barocc. 192 ex (mutilato) apographo libri δ^1, quod cum teste familiae β^7 collatum est, descriptus esse his locis probatur: 87,6 φαινόμενον ($=\beta^7$), 77,11 τοῦ πνεύματος διαμερισθὲν ($=\beta^5$), 81,6 ἐναπέκειτο ($=\beta^5$), 80,17 καὶ καθάπερ ($=\beta^3$) correxit ex καθάπερ γάρ, 87,13 ἀλλοιωθέντος καὶ εἶδε sscr λαμπρυν αὐτῷ (λαμπρυνθέντος et αὐτῷ [pro καὶ] sunt lectiones, quae praecipue testibus familiae β traditae sunt), 91,10 σκοπηθέντων (= β) correxit ex ἱστορηθέντων etc.

Libri δ^2 lectionum propriarum exempli gratia has proponam: 82,2 λέγοντος: λαλοῦντος, 83,4 νόμον: μόνον, 89,22 ὑπερουράνιον: οὐράνιον, 91,6 Ἰησοῦν om, 92,2 ἐκδεχέσθωσαν: ἀποδεχέσθωσαν, 92,20 τὴν om. textum autem libri δ^2 ex duobus fontibus mixtum esse his exemplis demonstretur: ex exemplari, quod ad hyparchetypum ω^1 pertinuit, complures lec-

tiones propriae depromptae sunt, inprimis verba in hyparchetypo ω^2 omissa (ut 77,8 γὰρ post μὲν, 80,9 ὁ πονηρὸς post ἦν, 80,9 τινα post ἄλλον, 81,15 Ἰταλοὶ καὶ post Μεσοποταμῖται etc.) et commutato ordine composita (ut 83,1-2 οὕτως ἔχων, 83,6 χειρῶν ἀδίκων, 83,7 τῶν προσόντων μεταδόσεως etc.). ex altero libro, qui ex stirpe familiae δ ortus est, non modo lectiones libri δ propriae (ut 76,1 ἐναγωνίσηται, 76,9 τοιούτων, 77,8 θαυμασίων, 83,5-6 ἀμύνεσθαι etc.), sed etiam permultis locis textus hyparchetypi ω^2 descriptus est: quare ex eo libro mihi maxima parte liber δ^2 fluxisse videtur. textum orationis in codice, ex quo Med. Ambr. C 124 sup pendet, retractatum esse ex his locis cognosci potest: 75,10 post ὑπεξερχόμενος add τοῦ σωματικοῦ, 78,20 Παῦλος οἶδεν διάκονον ἀποκαλεῖν ἑαυτὸν μυστηρίων, 82,19 ἐπειδὴ Ἰησοῦς φησι μέλλει καταλῦσαι τὸν νόμον, 85,3/4 πᾶσιν ὁ θυμὸς πρὸς τὸν ἐκείνου διεγήγερτο φόνον, 86,10 ante οὐχ add οὗτος δὲ, 87,16 post βεβήλων add ἀκουσμάτων καὶ σατανικῶν συντυχιῶν etc. librarius autem textum non modo sua sponte retractavit, sed etiam librum ex stirpe hyparchetypi ω^1 ortum contulit, ex quo et alia et 87,2 lectionem ἀπεδείκνυτο exhausit, etsi ordinem verborum eo loco non commutavit (συνήγορος ἀπεδείκνυτο τοῦ δόγματος Med. Ambr. C 124 sup, συνήγορος ἀπ- aut ἐπεδείχθη τοῦ δόγματος ω^2, συνήγορος τοῦ δόγματος ἀπεδείκνυτο ω^1). de Mediolanensi Ambr. C 124 sup, antequam e Thessalia in Italiam advectus est, Athous Panteleimonos 300 ad verbum descriptus est. Athoi autem Iviron 683 et 594 inter se plane consentiunt, ut recentiorem ex antiquiore descriptum esse conicias; communicant nonnulla menda propria (ut 75,6 χθὲς ἡμᾶς ὁ τοῦ παντὸς δεσπότης εἱστίασε σήμερον om) et lectiones malas, quae ex correcturis in patre Athoi Iviron 683 inscriptis ortae sunt (cf. 80,7-8 οἱ κύνες τοὺς λίθους [οἷς βάλλονται om] περιχαίνουσαι, τοὺς βάλλοντας οὐχ ἁπτόμενοι, 82,7 post ἐκβησομένων add ἀπόδειξις om ἦν).

4. De hyparchetypo δ

Textus recensionis δ plerumque idem est ac recensionis γ, sed praeterea nonnullas lectiones proprias praebet, quarum multae non omnibus testibus traduntur; qua ex re perspicuum mihi esse videtur eas lectiones postea ad textum libri δ eo modo adscriptas esse, ut librarii apographorum inter complures lectiones eligere possent. itaque in tabella lectionum codicis δ propriarum has condiciones memoriae indicavi: lectionem esse traditam aut libro Florentino Y et plerisque reliquorum testium aut libro Y et quibusdam aliis testibus (= *) aut Athoo Iviron 683 et quibusdam testibus excepto codice Y (= **) aut nonnullis testibus exceptis libris Y et Athoo Iviron 683 (= ***):

1. *addidit*: 76,9 ὁ ante ἐν (**).

2. *omisit*: 76,15-16 τῇ κατὰ τῶν ἀνθρώπων ... νίκῃ (*), 83,9 μοι, 93,11 τοῦ πατρὸς (*), 93,16 ἂν.
3. *verba mutavit* (a) *substantiva*: 76,9 τιμίων: τοιούτων, 77,8 θαυμάτων: θαυμασίων (**), (b) *adiectiva*: 78,21 ἀνθρωπίνην: τοῦ παντὸς (**), (c) *verba temporalia*: 76,12 ἀγωνιζομένοις: ἀνταγωνιζομένοις (*), 83,6 προλελυπηκότα: προηδικηκότα, 86,9 συνέπλασσον: ἔπλασσον, 88,14 πολεμοῦσι: πολεμίοις, (d) *pronomina, particulas* etc.: 78,15 πρὸς: ἐπὶ (**), 81,13 αὐτὸν: οὕτως (**), 93,12 ὡς: ἐν οἷς (*).
4. *verba aliter flexit* (a) *substantiva, adiectiva, pronomina etc.*: 81,13 πάσης: πάσας (**), 91,13 τῇ ... ἐξουσίᾳ: τῆς ... ἐξουσίας (**), (b) *verba temporalia*: 76,1 ἐναγωνίζεται: ἐναγωνίσηται (*), 81,19 γίνεσθαι: γεγενῆσθαι (***), 83,5 ἀμύνασθαι: ἀμύνεσθαι, 87,17 ἐκοινώνει: κοινωνεῖ (*), 88,5 ἔκραξαν: ἔκραζον (**).
5. *ordinem verborum commutavit*: 82,17-18 πάντως ἔδει: ἔδει aut δεῖ πάντως, 90,5 πλήρης γενόμενος: γενόμενος πλήρης (**, δεόμενος πλήρης Ath. Ivir. 683), 92,15 τὸ βάρος ἀνέχων: ἀνέχων τὸ βάρος (**).
6. *litteras elisit*: 76,13 δ' ἀλλήλοις, 94,8 ταῦθ' ἡμῖν (αῦθ' ἡμῖν Ath. Ivir. 683 i.e. littera ornata in margine errore librarii non scripta est).

Auctorem libri δ eas lectiones non ex fonte suo descripsisse, sed arte coniecturali adhibita textui inseruisse (nisi alius homo doctus librum eius retractavit) mihi persuasum est. lectionibus autem propriis emendatis liber δ, qui homilias variorum auctorum ecclesiasticorum more menologii dispositas continuisse videtur, testis gravis hyparchetypi ω^2 iudicandus est.

E. De hyparchetypo ε

1. De recensione codicum

Ex ipso libro ε dependere videntur codex mutilatus Parisinus gr. 1171 = Π (cuius apographon Athous Xiropotamu 134 est), Sinaiticus gr. 523 et Escorialensis gr. Y II 15, aliis autem fortasse compluribus libris contaminatis interpositis hi libri: Romanus Vallicellianus gr. B 34, Vaticanus gr. 1907 = S (ex quo Vaticanus gr. 1433 descriptus est), Parisinus suppl. gr. 1273 et codex mutilatus Messanensis Sancti Salvatoris 77 (qui nunc in ipsa Gregorii oratione post 82,7 ἐκβησομέ]νων incipit). reliqui hyparchetypi ε testes interposito libro amisso ε^1 traditi sunt: Mediolanensis Ambrosianus gr. B 12 inf et liber deperditus ε^2, ex quo Cryptensis B β X, Florentinus Laurentianus plutei 10,27, Lesbiacus Ioannu 7 et liber deletus ε^3 fluxerunt; quo ex libro ε^3 descripti sunt Mediolanenses Ambrosiani gr. C 11 inf et F 103 sup, Vaticanus gr. 1246, Vaticanus Barberinianus gr. 456 et Messanensis Sancti Salvatoris 30.

2. Stemma codicum



3. De testimoniis stemmatis

Ex lectionibus libri ε^1 propriis exempli gratia has proponam: 75,10-11 ἐκεῖνος ὑπὲρ ἡμῶν σπαργανούμενος, οὗτος ὑπὲρ ἐκείνου καταλιθούμενος om (in marg add Med. Ambr. B 12 inf), 76,8 post παρεστηκότων add θεῷ, 76,19 γὰρ om, 77,5 ἀλλάξασθαι: ἀνταλλάξασθαι, 77,19 ἐπὶ: ἐν, 79,17 τρεφαμένου: στρατευσαμένου, 80,11 ἑαυτοῦ: αὐτοῦ, 80,18 ὑποβάντες: ὑποβάλλοντες. libri ε^2 lectiones propriae sunt hae: titulus: τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσης ἐγκώμιον εἰς τὸν (τὸν om Med. Ambr. C 11 inf) ἅγιον Στέφανον τὸν πρωτομάρτυρα, 76,7 ἡ coll post πᾶσα, 76,8 τῶν ante

παρεστηκότων om, 77,10 ἐπλήρωσε: ἐπλήρου aut ἐπλήροι, 77,13 τὴν ante γλῶσσαν om, 78,21 post Χριστοῦ add καλεῖν, 79,4 τῆς om, 79,4 ἐπιτηδείης: ἐπιτηδείου etc. ex lectionibus libri ε^3 propriis haec pauca exempla elegi: 75,6 τοῦ παντὸς om, 76,2 ante ὁμολογίας add αὐτοῦ, 76,5 ante τὴν εἴσοδον add μαρτυρίου etc.

Virum doctum, qui Escorialensem Y II 15 correxit, librum ex stirpe hyparchetypi δ natum comparavisse his exemplis cognosci potest: 76,1 ἐναγωνίζεται: ἐναγωνίσηται (ση in ras) = δ, 77,9 ἐναέριον: ἐν eras (ἀέριον = δ), 83,11 περιόνυμος (= δ) corr ex διόνυμος etc. librum autem, ex quo Parisinus suppl. 1273 descriptus est, cum teste familiae α collatum esse his locis apparet: 77,2 τέως: πίστεως, 77,8 ἐπιδεικνύοιτο: ἐπιδεικνύηται, 77,8 post μὲν add γὰρ (= ω^1), 80,15 ἐγκατασπείρας (= ω^1), 90,9 ante οὐκ add εἰ οὖν etc. Romano Vall. B 34 lectiones ex teste quodam familiae italograecae ε^1 haustas a librario in scribendo insertas esse mihi his exemplis explanari videtur: 78,4 adscripsit τῇ post μή, 78,9 confecit γλεῦκος ex lectione recta γλεύκους, 78,20-21 addidit καλεῖν in superiore margine (alia manus iterum suprascripsit καλεῖν post 78,20 οἶδε), 79,4 erasit τῆς ante ἐπιτηδείου (pro ἐπιτηδείης) etc. denique Lesbiacum Ioannu 7 non sine dubitatione in familia ε^2 colloco, cum neque libri ε^1 neque libri ε^2 omnes lectiones proprias tradat (ex exemplis supra indicatis haec et in Lesb. Ioan. 7 inveniuntur: libri ε^1: 76,8, 76,19, 80,11, 80,18, libri ε^2: 76,8, 77,10 ἐπλήρου, 78,21 post Χριστοῦ μυστηρίων add καλεῖν, 79,4). saepius autem malas quasdam lectiones familiae ε^1 una cum Cryptensi B β X et Florentino Laur. plut. 10.27 non habet (cf. 75,6 τοῦ παντὸς add Lesb. Ioan. 7, Crypt. B β X, Flor. Laur. plut. 10.27 [om cet.], 75,12 τῷ θανάτῳ add Lesb. Ioan. 7 et Flor. Laur. plut. 10.27 [om cet.], 78,4 ἀνθρωπίνης Lesb. Ioan. 7 et Crypt. B β X [πνευματικῆς cet.], 78,9 γλεύκους Lesb. Ioan. 7 et Crypt. B β X [γλεῦκος cet.], 79,6 τῇ ante Στεφάνου add Lesb. Ioan. 7 et Flor. Laur. plut. 10.27 [om cet.]). praeterea nonnullis quoque lectionibus propriis cum Messanensi S. Salv. 30 coniungitur (cf. 76,7 et 76,10 πᾶσαν ... τὴν στρατιὰν κτλ., 84,12 ἀπορραίνων τοῦ αἵματος: ἀπορραίνων τὸ ἴδιον αἷμα Lesb. Ioan 7, τὸ ἴδιον ἀπορραίνων αἷμα Messan. Salv. 30), cuius tamen locus in stemmate simili modo incertus est: continet enim non modo nonnullas lectiones proprias libri ε^3 (76,2, 76,5) et libri ε^2 (77,10 ἐπλήρου, 78,20 ante οἶδεν add καλεῖν, quod verbum in ceteris testibus post 78,21 Χριστοῦ additur), sed etiam multas lectiones hyparchetypi ω^1 proprias, quae ex collato libro (ut videtur ex familia β orto: cf. 75,11 καταλιθούμενος: καταλευόμενος) exhaustae sunt. sed cum textum librorum ε^1, ε^2, ε^3 valde depravatum esse appareat, uberius de eis disserere opus non est.

4. De hyparchetypo ε

Etsi lectionum libri ε propriarum nulla omnibus testibus traditur, tamen non dubito, quin omnes lectiones, quas infra collegi, ex ipso libro ε fluxerint. sed quod librarii eas postea textui adscriptas esse viderunt, alii lectiones priores, alii lectiones adscriptas, quibus homo doctus orationem Gregorii emendare voluit, acceperunt. in singulis codicibus nonnullae quoque lectiones libri ε propriae cum lectionibus, quae ex collatis libris haustae sunt, commutatae sunt. itaque in tabella indicavi, utrum lectio multis testibus an paucis (= *) an singulis (= **) tradatur et quae lectiones fortasse erroribus librariorum ex eis ortae sint (= +):

1. *addidit*: 76,15 τὸν ante Στέφανον (*), 77,17 ἁγίου ante πνεύματος, 79,12 μείζοσι post αὐτὸν (**), 80,17 τῷ ante Στεφάνῳ (*), 81,13 μέγαν ante ὁπλίτην [pro ὁπλιστὴν] (*), 86,18 καὶ post ἀνατρεφόμενος (**) [ἀνατρεφόμενος: καὶ Par. 1171 +, ἀνατρεφόμενος om ** +], 92,9 γινομένων post τῶν (*), 92,14 τῶν ante ἰσχίων [pro ἰσχίῳ] (*), 92,16 τῶν ante γονάτων (omnes excepto libro ε^1).
2. *omisit*: 80,12 τοὺς ante δικαστὰς (*).
3. *verba mutavit* (a) *substantiva*: 77,6 πίνακος: εἰκόνος, 82,6 κακίαν: κατηγορίαν (*), 89,10 θεοῦ: πατρὸς (**) [θεοῦ καὶ πατρὸς Escor. Y II 15 +], 92,20 ἀσωμάτου: σώματος (**), (b) *verba temporalia*: 79,7 ἀφεώρων: ἐφεώρων (**) [ἑώρων Vat. 1907 +], 85,14 ἀπεδείκνυτο: ἀνεδείκνυτο (**) [ἐδείκνυτο ** +], 87,5 διισταμένας: διιπταμένας, 92,15 ἀνέχων: ἀντέχων (**), (c) *pronomina, particulas etc.*: 77,2 τέως: τε, 90,19 οὔτε: οὐδὲ (*) [οὐδ' Med. Ambr. B 12 inf +], 92,17 διὰ: ἐπὶ (*), 94,1 ὡς: ὥσπερ (*).
4. *verba aliter flexit* (a) *substantiva, adiectiva, pronomina etc.*: 81,15-16 Αἰγύπτιοι κτλ.: Αἰγυπτίους κτλ., 84,12 τοῦ αἵματος: τὸ αἷμα (*) [τοῦ σώματος καὶ αἷμα * +, τοῦ σώματος τὸ αἷμα ** +], (b) *verba temporalia*: 77,3 διήγγελλε: διήγγειλε, 80,7 τοῦ βάλλοντος: τῶν βαλλόντων (**), 89,8-9 ἐνατενίσας τῷ οὐρανῷ εἶδε: ἀτενίσαντα εἰς ὕψος καὶ ἰδόντα (*).
5. *ordinem verborum commutavit*: 76,19 γὰρ οὐκ ἂν: γὰρ ἂν οὐκ (**) [γὰρ ἂν οὐκ ἂν * +, οὐκ ἂν ε^1 +], 79,7 πρὸς αὐτὸν ἀφεώρων: ἐφ- aut ἀφεώρων πρὸς αὐτὸν [ἑώρων πρὸς αὐτὸν Vat. 1907 +], 79,8-9 οἱ τῶν λοιπῶν: τῶν λοιπῶν οἱ (*) [τῶν λοιπῶν ** +], 80,11 ἑαυτοῦ τὴν: τὴν ἑαυτοῦ (*) [αὐτοῦ τὴν * +], 81,10-11 παρὰ τοῦ Φιλίππου γίνεται: γίνεται παρὰ τοῦ Φιλίππου (*), 81,15 Ἰταλοὶ καὶ [post Μεσοποταμῖται add ω^1]: καὶ Ἰταλοὺς (**) [Ἰταλοὺς καὶ * +, Ἰταλοὺς Vat. 1907 +], 89,19 κείμενον χρυσίον: χρυσίον κείμενον (*) [χρυσίον Vat. 1907 m^1, κείμενον add m^c], 90,3 οὐκ ἔστι ταῦτα: οὐκ ἔστι ταῦτα οὐκ ἔστι, 90,7 καθὼς φησιν ὁ προφήτης: καθὼς ὁ προφήτης φησιν (**) [φησὶν καθὼς ὁ προφήτης ** +].

Ceterum textus recensionis ε plerumque idem est ac hyparchetypi ω^2, sed non pauci loci inveniuntur, quibus testes partim lectiones hyparchetypi ω^2 partim hyparchetypi ω^1 praebent i.e. quibus librarii in libro ε describendo ex duabus lectionibus eligere potuerunt. quos locos in tabella ita proponam, ut primum lectiones hyparchetypi ω^2 tum hyparchetypi ω^1, quae progenie libri ε traduntur, indicem:

pars testium *omittit*, pars *addit* haec additamenta hyparchetypi ω^1:

75,12 τῷ θανάτῳ ante κειμένῳ, 82,1 βλάσφημα post ῥήματα, 84,15 καὶ λέγων post ἀκοαῖς, 88,5 καὶ ante αὐτῶν, 89,12 ὁ ante Στέφανος, 89,13 τὴν ante χεῖρα, 90,4 δὲ post Στέφανος, 90,7 υἱὸν post θεοῦ, 90,13 τοῦ ante υἱοῦ, 90,19 θεῖον ante θέαμα.

haec *verba* in hyparchetypis ω^2 et ω^1 *diversa* stirpe libri ε traduntur:

75,11 καταλιθούμενος - καταλευστούμενος, 78,4 διαφορὰν - διάνοιαν, 79,4 δὲ - γὰρ, 80,8 ἀληθεστάτων - ἀνθισταμένων, 80,15 ἐνδιασπείρας - ἐγκατασπείρας, 81,11 ἐκλογῆς - ἐκκλησίας, 83,2 τοσαῦτα - πάντα, 84,5 βοὰς (φωνὰς) - βολὰς, 84,9 ἔβαλλον - ἔβλεπον, 84,15 φονευτῶν - φονευόντων, 85,7 καὶ - ὃς, 85,12 εὐποιίαν - εὐμένειαν, 86,19 τὸ Ἰσραηλιτικὸν - τὸν Ἰσραήλ, 87,13 καὶ - αὐτῷ, 87,14 ἐβόησεν - ἐξεβόησεν, 91,6 ἰδεῖν - εἰπεῖν, 91,10 ἱστορηθέντων - σκοπηθέντων, 91,17 ὅ τε - ὁ δὲ, 92,2 ἴση - εἰς.

his locis testes libri ε *verba diverse flectunt*:

78,6 μένῃ - μείνῃ, 81,2 ἐργάζεται - εἰργάσατο, 84,20 μακάριστον - μακάριον, 87,16 διήγημα - διηγήματα, 91,12 τούτων - τούτου, 93,3 ἐνοήσαμεν - νοήσομεν.

his locis *diversam verborum ordinem* praebent:

75,13 ἀδελφοὶ τῷ λόγῳ καὶ ἡμεῖς - ἀδελφοὶ καὶ ἡμεῖς τῷ λόγῳ, 78,20 οἶδεν ἑαυτὸν - ἑαυτὸν οἶδεν, 82,19 Ἰησοῦς φησιν - φησὶν Ἰησοῦς, 83,1-2 ἔχων coll post νόμον - post οὕτως, 92,8 ἐστὶ coll post ἀληθείας - post διδάσκαλος.

Lectiones autem hyparchetypi ω^1 proprias ex collato libro postea textui libri ε adscriptas esse mihi persuasi. quod enim nonnullis locis plane demonstrari potest: exempli gratia locum 90,7 proponam, quo in hyparchetypo ω^1 τοῦ θεοῦ υἱόν, in hyparchetypo ω^2 τοῦ θεοῦ legitur: τοῦ θεοῦ stirpe libri ε^2, τοῦ θεοῦ υἱὸν Escor. Y II 15, Par. suppl. 1273, Rom. Vall. B 34, υἱὸν τοῦ θεοῦ Par. 1171 et Vat. 1907, solum υἱὸν Med. Ambr. B 12 inf traditur, cuius scriba adscriptam vocem υἱὸν falso ut variam lectionem pro τοῦ θεοῦ percepit, (in Sinaitico 523 verba καὶ τὸν μονογενῆ τοῦ θεοῦ υἱὸν omissa sunt). igitur in libro ε ad textum, qui ut textus librorum γ et δ ex hyparchetypo ω^2 ortus est, postea non modo coniecturae, quibus vir doctus suo Marte orationem Gregorii emendare et corrigere conatus est, sed etiam multae lectiones ex collato teste hyparchetypi ω^1 sumptae adscriptae sunt. tamen eis lectionibus coniecturisque neglectis liber ε testis gravis hyparchetypi ω^2 iudicandus est. qui liber vix ante nonum saeculum exiens in monasterio Asiatico scriptus esse et menologium sex mensium continuisse videtur.

F. De hyparchetypo ζ

1. De recensione codicum

Duobus libris exceptis omnes testes interpositis libro ζ^1 eiusque apographis ζ^2, ζ^3, ζ^4, ζ^5 ex hyparchetypo ζ pendent. ex libro ζ^2 descripti sunt Vaticanus gr. 1633 italograecus = V, qui permultis locis collato teste quodam familiae ε correctus est, et Vaticanus gr. 2121. apographa autem libri ζ^3 sunt Vaticanus gr. 2040, Basileensis Universitatis F V 29, forsitan Oxoniensis Bodleianus Lyell 92, Achridensis 56 et Atheniensis gr. 1048. ex libro ζ^4 multi codices interpositis libris ζ^6 et ζ^7 fluxerunt: inter quos Athoi Lavras Γ 117, Kutlumusiu 34, Dionysiu 116 et Mediolanensis Ambrosianus F 130 sup progenies sunt libri ζ^6, Constantinopolitanus παναγίας καμαριωτίσσης 10 (qui est pater Constantinopolitani τῆς θεολογικῆς σχολῆς 37), Athoi Lavras Δ 80 (cuius apographa Athoi Lavras Ω 153 et Xiropotamu 120 esse videntur) et Grigoriu 9 atque Atheniensis gr. 2482 progenies sunt libri ζ^7. quinque autem codices ex libro ζ^5 prognati sunt: Mosquensis gr. 215, Messanensis Sancti Salvatoris 15, Parisinus gr. 1217, Oxoniensis Bodleianus Novi Collegii 82 et Oxoniensis Bodleianus Miscellaneus 34; praeterea liber, ex quo Parisinus gr. 503 (in quo nonnullae lectiones ex teste quodam familiae β inscriptae sunt) natus est et qui correcturis ex filio quodam libri β^5 sumptis instructus erat, ex libro ζ^5 fluxisse videtur. non ex libro ζ^1 descripti, sed ei proximi sunt Vaticanus gr. 448 = C et Florentinus bibliothecae nationalis gr. 53: quorum uterque codicum textum simillimum praebet ei, quem librum ζ^1 praebuisse ex apographis ζ^2, ζ^3, ζ^4, ζ^5 inter se collatis conici potest. itaque ex hyparchetypo ζ fluxisse et fratres libri ζ^1 esse videntur. Florentinum 53 tamen non de libro ζ ipso pendere ex eo cognosci potest, quod initio orationis nonnullas lectiones familiae δ proprias tradit, quae libro, ex quo descriptus est, ex collato quodam teste eius familiae insertae erant.

2. Stemma codicum

Videas licet infra.

3. De testimoniis stemmatis

Variae lectiones libri ζ^2 propriae sunt hae: 82,15 post τόπου add κατάλυσις, 86,18 post ἀνατρεφόμενος add καὶ, 90,8 ἐν γὰρ τῷ φωτί σου: τὸ γὰρ ἐν τῷ φωτί σου (τῷ sscr Vat. 2121 m.pr. ut vid.), 90,10 εἰς: πρὸς, 94,13 post δόξα add σὺν τῷ ἀχράντῳ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι etc. praeterea libro ζ^2 varias lectiones ex teste familiae β haustas insertas esse multis



exemplis demonstrari potest (cf. 78,7 ἀπιστούντων coll post Φαρισαίων, 80,3 εἴποιμι ἂν coll post κήρυχος, 80,15-16 ante κατήγορος, δικαστὴς et δήμιος add καὶ, 87,15 ποιοῦντες, 87,17 ἐκοινώνησε etc.). scriba autem Vaticani 1633 testem hyparchetypi ε adhibuit, ex quo permultas lectiones excerpsit et eas in scribendo, ut videtur, aut lectionibus libri, quem exscripsit, permutavit aut ad eius lectiones, quas iam scripserat, in margine aut inter lineas adscripsit (in sententia 80,6-7 οἷόν τι ποιοῦσιν οἱ κύνες, τοὺς λίθους, οἷς βάλλονται, περιχαίνοντες, τοῦ βάλλοντος οὐχ ἁπτόμενοι mutavit articulum οἱ in αἱ et participium περιχαίνοντες in περιχαίνουσαι, sed a

primo scripsit ἀπτόμεναι; multos alios locos correctos vide in app. crit.); saepius ordinem quoque verborum ita commutavit, ut eis signa adscriberet (cf. e.g. 78,7 Φαρισαίων ''ἀπιστούντων 'καὶ ... ἀκοαῖς'· = Φαρισαίων καὶ ... ἀκοαῖς ἀπιστούντων).

Ex libri ζ^3 lectionibus propriis has proponam: 76,5 ante πρῶτος add καὶ, 77,9 post πᾶσαν add μὲν, 79,4 αἴρει (ἐγείρει ζ^1): ἀνεγείρει. sed Oxoniensem Lyell 92 et Achridensem 56 familiae ζ^3 attribuere dubito, quamquam lectiones proprias 76,5 et 79,4 atque nonnullos alios locos cum Vaticano 2040 et Basileensi F V 29 communicant, quibus locis ζ^3 lectiones hyparchetypi ω^2, reliqua progenies libri ζ^1 lectiones hyparchetypi ω^1 praebet (cf. 81,15 Ἰταλοὶ καὶ om ζ^3 add cet., 82,2 τούτου om ζ^3 add cet., 84,15 καὶ λέγων om ζ^3 add cet., cf. praeterea 83,1-2 ἔχων coll post νόμον ζ^3 post οὕτως cet., 83,2 τοσαῦτα ζ^3, πάντα cet. etc.). denique in ambobus codicibus lectiones libri ζ^5 propriae (ut 77,6 ἐπὶ πίνακος τῆς εἰκόνος), sed vix una libri ζ^1 (79,4 ἀνεγείρει [= ζ^3], 87,17 προστεθεὶς [= ζ^5] Ox. Lyell 92) et libri ζ ipsius (86,9 συνέπλαττον Ox. Lyell 92, συνέπλεττον Achr. 56, 91,1 post ἄρα add οὖν, 92,11 ὥσπερ Achr. 56) inveniuntur. sed cum reliquis testibus libri ζ^3 in illa commutatione lectionum hyparchetypi ω^1 et hyparchetypi ω^2, quam libri ζ^1 propriam esse infra indicabo, paucissimis locis exceptis consentiunt. quare tamen eos interpositis libris vario modo correctis ex libro ζ^3 dependere mihi verisimile est. Atheniensis gr. 1048 quoque (cuius priores modo paginas inspexi) eadem via obscura atque Oxoniensis Lyell 92 et Achridensis 56 ex libro ζ^3 fluxisse videtur (tradit non modo lectiones libri ζ^3 proprias 76,5 et 77,9, sed etiam e.g. 77,6 lectionem libri ζ^5 propriam ἐπὶ πίνακος τῆς εἰκόνος; cf. praeterea 76,1 ἀγωνίσηται Athen. 1048, Ox. Lyell 92 et Achrid. 56, 77,5 τοῦ τὴν: τὸ τὴν et 78,9 ὡς γλεῦκος Athen. 1048 et Achrid. 56); sed hactenus de eo libro recentissimo.

Libri autem ζ^4 haec exempla lectionum propriarum affero: 80,15 ἐνκατασπείρας (quod fortasse ex ἐνδιασπείρας [= ω^2] et suprascripta varia lectione ἐγκατασπείρας [= ω^1] ortum est), 82,3 τοῦτον om, 82,5-6 χαλεπαίνουσι coll post κατηγορηθέντι, 88,9 οὕτως: αὐτὸς, 88,13 ἀγαθῶν: ἀγαθῷ. nonnulla exempla lectionum libri ζ^6 (91,12 παρεστάναι: ἑστάναι, 93,5 τὸν νοῦν: τῶν νοημάτων) et libri ζ^7 propriarum (91,14 πρὸς αὐτοὺς om, 93,3 κατενοήσαμεν, 93,8 καθ' ἑαυτοὺς ἑκάτεροι, 93,11 τῆς ... καθέδρας: τὴν ... καθέδραν) addo. nihil autem obstat, ne (quod iam vir doctus Ehrhard I 3.509 ann. 3 et 510 ann. 1 opinatus est) Constantinopolitanus τῆς θεολ. σχολῆς 37 ex Constantinopolitano παναγίας καμαριωτίσσης 10 atque Athoi Lavras Ω 153 et Xiropotamu 120 ex Athoo Lavras Δ 80 fluxerint. libri ζ^5 apographa cum paucas lectiones proprias tradunt (cf. 78,18 τῇ σοφίᾳ καὶ τῇ χάριτι: ἐν σοφίᾳ καὶ χάριτι), tum eo inter se cohaerent, quod saepius cum libro ζ^4 contra libros ζ^2 et ζ^3 consentiunt (cf. ex. gr. 84,18 οὗ [post ἕως]

om $\zeta^{2/3}$, add $\zeta^{4/5}$, 86,11 ἐγίνετο $\zeta^{2/3}$, ἐγένετο $\zeta^{4/5}$, 88,5 ἐπὶ $\zeta^{2/3}$, περὶ $\zeta^{4/5}$, 91,1 post ἄρα (ἆρα) add οὖν $\zeta^{4/5}$).

Postquam eas condiciones stemmatis brevi explicavi, uberius de libro ζ^1 disserere opus est. primo perpaucae lectiones propriae, quae aut in omnibus vel plurimis testibus aut in libris ζ^4 et ζ^5 (= *) aut in libris ζ^2 et ζ^5 (= **) inveniuntur, enumerandae sunt: 79,4 αἴρει: ἐγείρει [ἀνεγείρει ζ^3], 80,17 Στεφάνῳ: Στεφάνου, 81,18 τῆς: τὰς (*), 82,8 ἔφησαν: ἔφασαν, 84,5 ante Ἰουδαίων add οἱ (**), 84,15 κύριε coll post αὐτοῖς, 87,17 προτιθεὶς: προτεθεὶς (*) [προστεθεὶς in Ox. Lyell 92 et quibusdam apographis libri ζ^5]. sed maioris momenti quam eae lectiones propriae, quae fortasse iam in libro ζ aderant, est quod liber ζ^1 in prima parte orationis multas lectiones hyparchetypi ω^1 proprias, nullas in ultima parte praebuit. cuius rei exempla locos gravissimos, in quibus omnes testes aut omnes testes excepto libro ζ^2 (= *) aut omnes testes excepto libro ζ^3 (= **) consentiunt, hac in tabella afferam:

	lectiones	
	hyparchetypi ω^1	hyparchetypi ω^2 propriae:
75,12	τῷ θανάτῳ add ante χειμένῳ (**),	
77,8	post μὲν add γὰρ,	
77,11	διαμερισθὲν τὸ πνεῦμα coll post γλώσσας,	
77,11	δεχομένων,	
77,15	τε om,	
78,1	πάλιν coll ante τῆς,	
78,4		διαφορὰν (excepto Oxon. Lyell 92: διάνοιαν = ω^1),
78,8		κατασκευαζόντων,
79,1	οἰκονομῶν,	
79,14-15		τὸ ... νοούμενον,
80,8		ἀληθεστάτων,
81,6	μόνοις ἂν τάχα (exceptis Oxon. Lyell 92 et Achr. 56: τάχα ἂν μόνοις),	
81,11		ἐκλογῆς,
83,2	ἔχων coll post οὕτως (**),	
83,2	πάντα (**),	
83,6	χειρῶν ἀδίκων (**),	
83,7	νομοθετήσας (exceptis Oxon. Lyell 92, Achr. 56 et Athen. 2488: [illegible])	

83,7	τῶν προσόντων μεταδόσεως (**),	
84,5	βολὰς (exceptis Vat. 2040 et Achr. 56: βοὰς, Oxon. Lyell 92: φωνὰς),	
84,15	καὶ λέγων add post ἀκοαῖς (**),	
85,7		καὶ ἐν μέσῳ (*),
85,12		εὐποιΐαν (*),
85,16		ὑπερέσχε,
86,19		τὸ Ἰσραηλιτικὸν (*),
87,14		ἐβόησεν (*),
88,2		δείξῃ coll ante τὴν (*),
88,5		καὶ ante αὐτῶν om (*),
88,15		τὴν νομοθέτην τῆς μακροθυμίας,
89,9		τὸν add ante Ἰησοῦν,
89,12		ὁ om ante Στέφανος,
90,13		τοῦ om ante υἱοῦ (excepto Ox. N. Coll. 82),
90,13		ἐγένετο,
91,12		τούτων (τοῦ$^{\text{ων}}$το Athous Lavras Γ 117),
91,12		(ἐν) τῇ δόξῃ,
92,1		μεγαλοπρεπεῖς,
92,2		ἴση,
92,8		ἐστὶ coll post ἀληθείας.

Quae res mihi eo explanari posse videtur, quod lectiones ex collato hyparchetypi ω^1 teste haustae postea ad textum libri ζ^1, qui ex hyparchetypo ζ descriptus erat, additae sunt, quas corrector prima in parte orationis maxima diligentia, progrediente autem labore rarius et in ultima parte non iam inseruit; itaque librario apographi ζ^3 correcturas adscriptas iam inde ab 83,2 neglegere licuit. librum ζ^1 reapse correcturis instructum esse nonnullis quoque locis manifestum est, quibus corrector collocationem verborum mutandam esse ita indicavit, ut non omnes apographorum librarii rationem eius perciperent: confer e.g. 79,8, ubi τινος partim post γνώσεως (= ω^1), partim post μετουσία (= ω^2), partim post παιδεύσεως traditur, et 80,2-3, ubi εἴποιμι ἂν partim post διάβολον (= ω), partim post κήρυκος (= β), partim ineptissime post ἀλήθειαν invenitur. collatum autem exemplar ex stirpe libri β ortum esse item ex 78,7, ubi nonnulli testes ἀπιστούντων post Φαρισαίων collocant (= β), conici potest. denique antiquissimi libri Vaticanus 448 et Florentinus bibl. nat. 53, qui

nulli alio testi artius cognati sunt, fratres libri ζ^1 esse videntur: textum enim praebent, qui ubique textui libri ζ^1 aut priori aut correcto exceptis lectionibus libri ζ^1 propriis consentit. in Florentino bibl. nat. 53 praeterea nonnullae lectiones libri δ propriae (cf. 75,11 καταλιθοβολούμενος, 76,1 ἐναγωνίσηται, 76,9 τοιούτων, 82,17-18 ἔδει πάντως, 83,5 ἀμύνεσθαι) inveniuntur, quas in parente eius ex collato libri δ teste inscriptas esse puto.

4. De hyparchetypo ζ

Collatis libris ζ^1, Vaticano gr. 448 et Florentino bibl. nat. 53 has paucas lectiones proprias inveni, quae omnibus aut compluribus testibus libri ζ^1 et Vaticano et Florentino aut excepto Vaticano, qui 84,6 demum incipit (= *), aut excepto Florentino (= **) traduntur:

1. *addidit*: 75,6 ad ὁ τοῦ παντὸς δεσπότης add σωτὴρ (ὁ τοῦ παντὸς σωτὴρ καὶ δεσπότης Flor. bibl. nat. 53, ὁ δεσπότης καὶ σωτὴρ τῶν ἁπάντων ζ^1) (*), 82,11 ante γὰρ add μὲν (*), 87,7 ante δόξης add θείας, 91,1 post ἄρα add οὖν.
2. *omisit*: 84,9 γενόμενον (**) [γενόμενον add ζ^4, γινόμενον ζ^3 et Flor. bibl. nat. 53], 89,12 καὶ (*).
3. *verba mutavit* (a) *substantiva*: 93,5 τὸν νοῦν: τῶν ῥημάτων (*) [Flor. bibl. nat. 53, Mosqu. 215, Mess. S. Salv. 15, Par. 1217, τῶν νοημάτων ζ^4: ea lectio ex lectione nativa τὸν νοῦν et ex lectione adscripta τῶν ῥημάτων orta esse videtur], (b) *verba temporalia*: 92,11 φημὶ: σύμφημι (*), cf. etiam 86,9 συνέπλασσον: συνέπλαττον, (c) *pronomina, particulas etc.*: 78,15 πολλῶν τοίνυν: καὶ πολλῶν (*), 92,11 ὅπερ: ὥσπερ.
4. *ordinem verborum commutavit*: 78,15 πολλῶν τοίνυν: καὶ πολλῶν (*).

fortasse nonnullae lectiones libri ζ^1 propriae hic enumerandae sunt, fortasse etiam liber ζ^1 revera liber ζ, qui interdum correcturis coniecturisque instructus erat, habendus est, sed ea quaestio neque persolvi potest neque magni momenti est, cum in memoria orationis explananda non tam codices ipsos suis locis attribuere quam recensiones textus diversas discernere opus sit. liber ζ paucis locis cum teste hyparchetypi ε collatus esse videtur (cf. 77,6, ubi in Flor. bibl. nat. 53, Oxon. Lyell 92 et in apographis libri ζ^5 ἐπὶ πίνακος τῆς εἰκόνης scribitur, quae lectio ex lectione archetypi ἐπὶ πίνακος et ex lectione libri ε propria ἐπ' εἰκόνος composita est; cf. praeterea 75,7 ἢ: καὶ ζ$^{4/5}$ + ε^1, 75,13 καὶ ἡμεῖς ἀδελφοὶ τῷ λόγῳ ζ^1 + ε^2, 77,5 ἀνταλλάξασθαι ζ^4 + ε^1, 90,3 post ταῦτα add οὐκ ἔστι ζ^4 + ε). fortasse ex eo libro collato singulas quoque lectiones hyparchetypi ω^1 proprias, quae Flor. bibl. nat. 53 et libro ζ^1 communes sunt, librarius libri ζ exhausit (sunt in tabella supra p. CCV sq impressa loci 75,12, 77,8, 79,1, 83,7, 84,15 item in Vat. 448), nisi et in codice, ex quo Florentinus ortus est,

et in libro ζ^1 ex collatis libris adscriptae erant. quibus demonstratis librum ζ non incorruptum hyparchetypi ω^2 testem esse concludendum est.

G. De hyparchetypo ω^1

Omnes fere testes homiliae Gregorii In S. Stephanum I aut hyparchetypo ω^1 aut hyparchetypo ω^2 addicere non dubitavi, quamquam collatis inter se libris res nonnumquam vix perspici possunt. hyparchetypi ω^1 textus "byzantinus", hyparchetypi ω^2 "vulgatus" nominari potest, quod non modo libros α et β Byzantii scriptos et ibi aliquamdiu descriptos esse apparet, cum libri γ, δ, ε, ζ diversis in orientis solis partibus (certe non Byzantii) orti et descripti sint, sed etiam stirps libri ω^1 textum exceptis lectionibus librorum α et β propriis vix mutatum, stirps hyparchetypi ω^2 textum coniecturis correcturisque multorum scribarum paulatim plurimis locis instructum et usque ad saeculum XVI ubique pertractatum tradit, qui ex illis magnis codicibus, in quibus monachi permultorum monasteriorum scripta liturgica et hagiographica ad usum ecclesiasticum collegerant, die festo Stephani protomartyris recitari solebat. in libro autem ω^1 a homine docto Byzantino complura opera Gregorii Nysseni, de quibus infra dicam, e variis fontibus collecta et, ut mihi quidem videtur, retractata sunt. lectiones enim libri ω^1 propriae ad textum ex aliquo hyparchetypi ω^2 teste sumptum ita adscriptae sunt, ut librarius libri β saepius (rarissime quoque librarius libri α) utramque lectionem traderet (cf. e.g. 79,3 καθὼς β^1 = ω^2, ὡς β^2 α, 79,6 ante Στεφάνου om τοῦ β^1 = ω^2, add τοῦ β^2 α, 83,15 τῶ^{ου} Στεφάνῶ^{ου} Med. Ambr. C 135 inf (M), τοῦ Στεφάνου α^1 = ω^2, 91,6 ἰδεῖν β^1 = ω^2, εἰπεῖν β^2 α, 91,12 τῇ δόξῃ β^1 = ω^2, τῇ δεξιᾷ β^2 α; conferendus quoque est locus 90,6, quo in libro α πλήρης πνεύματος ὤν, in libro β^2 πλήρης ὢν πνεύματος (= ω^2), in libro β^1 πλήρης πνεύματος legitur).

Itaque in tabella infra adiuncta omnes locos composui, quibus auctor libri ω^1 arte coniecturali adhibita textum commutavit; demonstratur siglo * lectionem libris α et β^2 traditam esse, siglo ** compluribus tantum testibus aut unius aut utriusque familiae; praeterea lectionem rarissime in stirpe hyparchetypi ω^2 inveniri siglum +, saepius inveniri siglum ++, saepissime inveniri (imprimis libris contaminatis ε et ζ^1) siglum +++ indicium est:

1. *addidit* (a) *substantiva*; 75,12 τῷ θανάτῳ post ἐπεμβαίνων (++), 80,9 ὁ πονηρὸς post οἷός τε ἦν (+++), 81,15 Ἰταλοὶ καὶ post Μεσοποταμῖται (+++), (b) *adiectiva*: 80,16 πᾶσα ante ἡ λοιπὴ (++), 90,19 θεῖον ante θέαμα (++), (c) *verba temporalia*: 84,15 καὶ λέγων ante κύριε (++), (d) *particulas*: 75,13 γὰρ post ἀλλὰ (+), 77,8 γὰρ post ἄρτι μὲν (+), 83,8 οὖν post πῶς (+++), 85,22 γὰρ post τὴν (+++), 88,5 καὶ ante αὐτῶν (+), 90,11 ἐν post τουτέστιν (+++), 91,14 καὶ ante πρὸ (*++), (e) *pronomina*: 82,2 τούτου post ἁγίου (+), 85,20 ὃς ante πρὸς (+++), (f) *articulum*: 76,3 τοῦ ante Παύλου (**++), 77,15 τῶν ante γλωσσῶν (+++), 79,6 τοῦ ante Στεφάνου (*+), 87,5 τὰς ante οὐρανίας (+), 89,12 ὁ ante Στέφανος (+), 90,13 τοῦ ante υἱοῦ (++), 92,14 τῷ ante ἰσχίῳ (+).
2. *omisit*: 77,15 τε (+), 89,9 τὸν (*+).
3. *verba mutavit* (a) *substantiva*: 78,4 διαφορὰν: διάνοιαν (+), 81,11 ἐκλογῆς: ἐκκλησίας (+), 84,5 βοᾶς: βολὰς (+), 84,5 βολάς: βολίδας (+), 85,12 εὐποιΐαν: εὐμένειαν (++), 86,19 τὸ Ἰσραηλιτικὸν: τὸν Ἰσραὴλ (+), 91,12 δόξῃ: δεξιᾷ (*+), (b) *adiectiva*: 80,8 ἀληθεστάτων: ἀνθισταμένων (+), 83,2 τοσαῦτα: πάντα (+++), 92,1 μεγαλοπρεπεῖς: θεοπρεπεῖς (+), (c) *verba temporalia*: 75,11 καταλιθούμενος: καταλευστούμενος (*+++), 78,8 κατασκευαζόντων: καταχλευαζόντων (+), 80,15 ἐνδιασπείρας: ἐγκατασπείρας (+), 83,7 κατασκευάσας: νομοθετήσας (++), 84,9 ἔβαλλον: ἔβλεπον (+++), 85,16 ὑπερέσχε: καθυπερέσχε (+), 87,2 ἐπεδείχθη: ἀπεδείκνυτο (+), 87,14 ἐβόησεν: ἐξεβόησεν (++), 91,6 ἰδεῖν: εἰπεῖν (*++), (d) *particulas*: 79,4 δὲ: γὰρ (+++), 85,7 καὶ: ὃς (+), 91,17 τε: δὲ (+).
4. *verba aliter flexit* (a) *substantiva, adiectiva, pronomina etc.*: 84,20 μακάριστον: μακάριον (*++), 91,12 τούτων: τούτου (++), (b) *verba temporalia*: 77,11 δεξαμένων: δεχομένων (+), 78,6 μένῃ: μείνῃ (+), 79,1 οἰκονομούμενος: οἰκονομῶν (+), 79,14-15 τὸ ... νοούμενον: ὁ ... νοούμενος (+), 80,2 συσκευάζεις: συσκευάζῃ (**+), 81,2 ἐργάζεται: εἰργάσατο (+++), 81,19 γίνεσθαι: γενέσθαι (*+), 83,16 ἔλθῃ: ἔλθοι (++), 87,2 ἐπεδείχθη: ἀπεδείκνυτο (+), 93,3 ἐνοήσαμεν: νοήσομεν (*++).
5. *ordinem verborum commutavit*: 75,8-9 τὸ τοῦ βίου σπήλαιον: τοῦ βίου τὸ σπήλαιον (*+), 75,13 ἀδελφοὶ τῷ λόγῳ καὶ ἡμεῖς: ἀδελφοὶ καὶ ἡμεῖς τῷ λόγῳ (+), 77,11 χάριν τὸ πνεῦμα διαμερισθὲν: διαμερισθὲν τὸ πνεῦμα coll post γλώσσας (+), 78,1 πάλιν εἰς: πάλιν coll ante τῆς (+), 78,10 τῷ Χριστῷ ψυχάς: ψυχὰς τῷ Χριστῷ (+), 78,20 οἶδεν ἑαυτὸν: ἑαυτὸν οἶδεν (+++), 79,8 γνώσεως μετουσία τινὸς: γνώσεώς τινος μετουσία (+), 81,6 τάχα μόνοις ἂν: μόνοις ἂν τάχα (+), 82,19 Ἰησοῦς φησίν: φησὶν (ὁ) Ἰησοῦς (++), 83,1-2 περὶ τὸν νόμον ἔχων: ἔχων περὶ τὸν νόμον (++), 83,6 ἀδίκων χειρῶν: χειρῶν ἀδίκων (+), 83,7 μεταδόσεως τῶν προσόντων: τῶν προσόντων μεταδόσεως (+), 83,15 τοῦ Στεφάνου θάνατον: θάνατον τοῦ Στεφάνου (+++), 87,2 ἐπεδείχθη τοῦ δόγματος: τοῦ δόγματος ἀπεδείκνυτο (+), 88,2 δείξῃ τὴν: τὴν coll post αὐτῶν (+), 88,15 τὸν νομοθέτην τῆς μακροθυμίας: τῆς μακροθυμίας τὸν νομοθέτην (+), 92,8 ἀληθείας ἐστί: ἐστὶ coll post διδάσκαλος (+).

Quas fere omnes lectiones proprias ab auctore libri ω^1 arte coniecturali adhibita factas esse mihi persuasi. ille enim doctus Byzantinus non modo quaedam scripta Gregorii Nysseni collegit, sed etiam vario modo pertractavit: instruxit concentum consensumque et artis grammaticae (cf.

79,14-15 ὁ ... νοούμενος sc. πατὴρ) et elocutionis (cf. 84,20 μακάριον ut γλυκὺν, 85,12 εὐμένειαν ut τῇ δυσμενείᾳ, 86,19 τὸν Ἰσραὴλ ut τὴν Αἴγυπτον) et rerum aut in oratione ipsa (cf. 83,7 νομοθετήσας ut 83,2 νομοθετήσας, 91,12 δεξιᾷ ut 91,17 ἐκ δεξιῶν) aut inter orationem et Testamentum novum (cf. 78,8 καταχλευαζόντων ut Act. 2.2 διαχλευάζοντες, 80,8 ἀνθισταμένων ut Act. 6.10 ἀντιστῆναι, 89,9 τὸν om ut Act. 7.55, 91,6 εἰπεῖν ut 1 Cor. 12.3) et auxit gravitatem orationis (cf. 80,16 πᾶσα ἡ λοιπὴ pro ἡ λοιπή, 83,2 πάντα pro τοσαῦτα, 85,16 καθυπερέσχε pro ὑπερέσχε, 87,14 ἐξεβόησεν pro ἐβόησεν) et addidit, ut audientes sententiam orationis melius perspicerent, particulas γὰρ 75,13, 77,8, 85,22, οὖν 83,8 et pronomen relativum ὃς 85,20 et inseruit verba, quae ex continuatione verborum facile addici possunt (75,12 τῷ θανάτῳ, 80,9 ὁ πονηρὸς, 90,11 ἐν, 90,19 θεῖον), et disposuit verba elegantiore ordine (imprimis eo quod nomina genetivo constructa 75,8-9, 83,7, 88,15 et verba temporalia 83,1-2, 92,8 ante ea nomina collocavit, ad quae pertinent).

Cum scriba libri α librum ω¹ immutatum fere descripsisse et in litteras minusculas transcripsisse videatur, homilias sedecim, quae initio codicis ω¹ more menologii dispositae erant, et quinque opera dogmatica, quae secuta sunt, ex apographis libri α novimus:

1. (dies solis τῶν προπατόρων): De deitate filii et in Abraam BHG 2354, GNO X 2
2. (25. Dec.): In diem natalem Christi BHG 1915, GNO X 2
3. (27. Dec.): In s. Stephanum I BHG 1654, GNO X 1 p. 73-94,
4. (1. Ian.): In Basilium fratrem BHG 244, GNO X 1 p. 107-134,
5. (6. Ian.): In diem luminum BHG 1934, GNO IX p. 221-242,
6. (dies solis τῆς ἀπόκρεω): In illud quatenus uni ex his fecistis mihi fecistis, GNO IX p. 111-127,
7. (dies Saturni τῆς τυροφάγου): De mortuis, GNO IX p. 28-68,
8. (primus dies Saturni ieiunii): De s. Theodoro BHG 1760, GNO X 1 p. 61-71,
9. (12. Febr.): In Meletium episcopum BHG 1243, GNO IX p. 441-457,
10. (9. Mart.): In XL Martyres Ia BHG 1206, GNO X 1 p. 135-142,
11. (9. Mart.): In XL Martyres Ib BHG 1207, GNO X 1 p. 143-156,
12. (dies festi paschae): De tridui spatio, GNO IX p. 273-306,
13. (dies festi paschae): In s. pascha (pseudepigraph. inc. πάντες μὲν ἀγαπητοί),
14. (dies festi paschae): In s. pascha, GNO IX p. 245-270,
15. (ascensus Christi in coelum): In ascensionem Christi, GNO IX p. 323-327,
16. (pentecoste): Ad Eustathium De s. trinitate, GNO III 1 p. 2-16,
17. Ad Ablabium Quod non sint tres dei, GNO III 1 p. 35-57,
18. De differentia usiae et hypostaseos (vulgo Basilii ep. 38),
19. De infantibus praemature abreptis, GNO III 2 p. 67-97,
20. Ad Simplicium De fide, GNO III 1 p. 59-67,
21. Ad Harmonium De professione Christiana, GNO VIII 1 p. 129-142.

In prima parte (or. 1-16) librum ω¹ panegyricum Gregorii Nysseni proprium, quod panegyrico Gregorii Nazianzeni permultis codicibus tradito simile erat, fuisse apparet. quod panegyricum editio normativa, ut ita dicam, operum, quae in eo collecta erant, fuisse videtur, quae non modo libro α interposito late diffusa est, sed etiam fons erat illius hominis docti Byzantini, qui panegyricum annale β composuit. quibus ex fontibus homo doctus Byzantinus, qui panegyricum Gregorii proprium nono, ni fallor, saeculo composuit, homilias Nysseni exhauserit, certe cognoscere non iam possumus. sed neque hominis docti A. Spira sententia recusanda esse mihi videtur, qui, cum memoriam orationis funebris in Meletium episcopum dictae explanaret, imprimis antiquissimos testes complurium interpretationum orientalium comparans corpus aliquod Gregorii homiliarum iam saeculo quinto non multo post Gregorium defunctum (anno 394) fuisse coniecit (cf. GNO IX p. 375, 385, 404), neque hominis docti C. Datema (Asterius of Amasea: Homilies I-XIV; Leiden 1970 p. XXXI), qui iam Asterium aequalem Gregorii compluribus eius homiliis unum in volumen collectis usum esse existimat. nam nihil obstat, quominus Gregorius ipse, cum opera sua usum edendi eius temporis secutus ad amicos et dignissimos homines mitteret, nonnumquam volumen complures homilias complectens mittendum curaverit. si res se ita habet et singulas lectiones libri ω¹ proprias non aetate Byzantina, sed iam saeculo quinto vel etiam exeunte quarto ortas esse conicere licet, mirum non est, si eae lectiones interdum iam in antiquissimis testibus orientalis memoriae inveniantur. fortasse posteris temporibus, cum omnia Gregorii opera edita erunt et, quomodo tradita sint, cognitum erit, homini docto conspectu praefationum omnium memoriam Gregorii totam et antiquam et Byzantinam plane exquirere licebit. quod femina quoque docta H. Hörner postulavit, cum "Über Genese und derzeitigen Stand der großen Edition der Werke Gregors von Nyssa" (Écriture et culture philosophique dans la pensée de Grégoire de Nysse, ed. a M. Harl; Lugdunae Batavorum 1971 p. 18-50) referret. qua in magna commentatione etiam memoria orientalis, quam ego linguarum orientalium ignarus hac in editione diiudicare non potui, examinanda erit.

H. De hyparchetypo ω² et de archetypo

Condiciones hyparchetypi ω² exquirere multo difficilius est quam hyparchetypi ω¹. qui enim aut panegyricum annale (scriptum fortasse in Syria vel Palaestina saeculo sive quinto sive sexto sive septimo sive

3. *verba mutavit* (a) *adiectiva*: 120,14 ἀσφαλοῦς: ἠσφαλισμένης, 134,14 ἀνιάτρευτος: ἀνίατρος, (b) *verba temporalia*: 114,7 ἐνάγων: προάγων, 120,11 ἐνδιατρίβων: διατρίβων, 132,9 ὢν: ζῶν, 134,6 μετέθηκεν: μετήνεγκεν (μετένεγκεν γ¹), (c) *pronomina, particulas etc.*: 111,6 ἐπ': ἐξ, 120,14 τι: τε, 122,10 μήθ': μηδ', 125,15 τοῦτον: αὐτὸν.
4. *verba aliter flexit* (a) *substantiva, adiectiva, pronomina etc.*: 121,4 οὐδαμῶς: οὐδαμοῦ, 126,3 οἷός: οἷόν, 128,7 τῷ λόγῳ: τοῦ λόγου, 134,14 ἑαυτοῦ: σεαυτοῦ, (b) *verba temporalia*: 124,15 ἐτύγχανεν: ἔτυχε, 132,15 ἐγκωμιάζοι: ἐγκωμιάζει, 133,2 δεῖ: δεῖν.
5. *ordinem verborum commutavit*: 109,14 πανήγυρίς ἐστι πανηγύρεων: πανηγύρεών ἐστι πανήγυρις, 110,1 ἡμῖν πανηγύρεως: πανηγύρεως ἡμῖν [ὑμῖν Par. 513], 122,13 τὸ εἰς: εἰς τὸ, 125,20 προσήγαγον ἀμφότεροι: ἀμφότεροι προσήγαγον (προσῆγον γ²), 134,14 λέγεις coll post σεαυτοῦ.

tribus vicinis locis libri γ¹ et γ² alter ab altero atque uterque ab archetypo abhorret: 114,2 καὶ: ἀλλ' γ¹, om γ², 114,2 ἐγένετο: γενόμενος γ¹, ἐγίνετο γ², 114,4 παρὰ: περὶ γ¹, ὑπὲρ γ². codex hic fortasse difficilis lectu aut laesus erat, quod item ex loco 131,9 concludi potest: δεσμώτῃ: δεσμω γ³, δεσμίῳ E, οἰκέτῃ γ¹.

D. De archetypo ω

Postquam anquisivimus, quomodo encomium Gregorii In Basilium fratrem traditum esset, omnes testes ex hyparchetypis α, β, γ, i.e. tribus varie rectractatis editionibus, pendere affirmare licet. ille monachus, qui in monasterio quodam Athoo panegyricum β composuit, intemperanter et sine ingenio textum plane mutavit. auctor recensionis γ, qui monachus alicuius monasterii Asiatici fuisse videtur, sibi magis temperavit et praecipue rebus vilissimis studuit. homo doctus autem Byzantinus, qui Constantinopoli multa Gregorii Nysseni opera in libro ω¹, quem scriba codicis α in litteras minusculas translitteravisse videtur, collegit, textum ita retractavit, ut recensionem α nonnullis locis meliorem quam archetypum ipsum esse crederes. tamen non dubito, quin etiam lectiones libri ω¹ propriae arte coniciendi (etsi acuta aptaque) ortae sint. itaque textus archetypi eo restitui potest, quod lectiones trium hyparchetyporum

propriae tolluntur. cum nusquam nisi perpaucis locis dubium sit, quid Gregorius ipse dixerit, archetypum accuratissime scriptum esse concludendum est. 110,12 Gregorium ᾕρει dixisse puto, lectio autem archetypi fuit (falso tantum accentu) ἥρει, quam auctor recensionis α scribens ὑπεραίρει emendare conatus est (sed mea quidem sententia hic tempus imperfectum poscitur, cf. 16 ἐποίει, 18 ἐγίνετο). 132,1 varias lectiones κατὰ τὸ αὐτόματον ("sua sponte") et κατὰ τὸ αὐτὸ ("simul") iam in archetypo adfuisse (fortasse ματον supra αὐτὸ scriptum) verisimile est; sed fieri quoque potest, ut complures scribae eandem levem correctionem (cf. 132,2 τῇ αὐτομάτῳ συντυχίᾳ) suo ingenio invenirent.

3. DE EDITIONIBUS IMPRESSIS

Haec pauca ad conspectum editionum impressarum infra adiunctum addam. Fronto Ducaeus textum Graecum, cum editionem bilinguem Claudii Morelli curaret, ex uno "codice Canteri" (i.e. ex aliquo teste

Conspectus editionum impressarum



stirpis α^1 — apographo credo codicis Grimani α^2 —, qui officinae typographicae ad usum permissus, postquam multa ex eo Gregorii opera typis exscripta sunt, periit) cepisse videtur. ille enim alter "codex F. Morelli" (i.e. Montepessulanus 122), ex quo editor ipse alibi nonnullas lectiones hausisse atque Canteri codici inseruisse saepius dicit, encomium Basilii non continet.

Novam editionem excepta recensione codicum curavit J. A. Stein: Encomium of St. Gregory bishop of Nyssa on his brother St. Basil, Patristic Studies 17 (Washington 1928) 2-60. quanta autem vix credibili neglegentia femina docta Stein testes, quibus usa textum edidit, inspexerit, non modo ex multis aut omissis aut in apparatu critico falso descriptis lectionibus testium cognosci potest, sed etiam eo, quod unico loco, quo ei sex codices, quos ex magna grege elegit, enumerantur (p. XXIX), tres codices falsis numeris citantur: A = codex Vaticanus gr. 2086 (recte: 2066), B = codex Ottobonensis gr. 442 (recte: 422), E = codex Vaticanus gr. 1443 (recte: 1433).

IN XL MARTYRES Ia

(PRAEFATIO)

1. CONSPECTUS CODICUM

V^a **Athous Vatopediu 111** — fol. 190-194, membr., saec. XI
Athous Vatopediu 128 — fol. 312v-315, membr., saec. XIV
Λ **Londiniensis Musei Britannici gr. Old Royal 16 D I** — fol. 364-366, membr., saec. XII
Lugdunensis Batavorum Gronovianus 12 — fol. 65v-68v, chart., saec. XVI
Matritensis gr. 4864 (arch. hist. 163.6) — fol. 157v-166, chart., saec. XVI
M **Mediolanensis Ambrosianus gr. C 135 inf** — fol. 118v-122v, membr., saec. XI
Monacensis gr. 92 — fol. 396v-399v, chart., saec. XVI
Monacensis gr. 107 — fol. 97-99v, chart., saec. XVI
O **Monacensis gr. 370** — fol. 118v-123, membr., saec. X
Montepessulanus 122 — fol. 82-85v, chart., saec. XVI
Oxoniensis Bodleianus Cromvellianus 9 — pag. 232-237, membr., saec. XIII
Parisinus gr. 585 — fol. 78v-81, chart., saec. XVI
Parisinus gr. 586 — fol. 208v-211v, chart., saec. XVI
Taurinensis gr. C I 11 — fol. 103-104, chart., saec. XIV
Vaticanus gr. 1433 — fol. 230v-232v, membr., saec. XIII
Vaticanus gr. 1907 — fol. 83v-84v, chart., saec. XII
Vaticanus Urbinas gr. 10 — fol. 86v-90, chart., saec. XVII
Venetus Marcianus gr. 67 — fol. 63-65v, membr., saec. XI
D **Venetus Marcianus gr. 69** — fol. 212v-214v, chart., saec. XII
Vindobonensis theologicus gr. 42 — fol. 138v-140v, chart., saec. XII
Vindobonensis theologicus gr. 279 — fol. 42-45, chart., saec. XIV

2. DE RECENSIONE CODICUM

Brevis oratio vel potius initium orationis, quam Gregorius quadraginta martyres laudaturus habere coepit et, cum rumoribus strepituque multitudinis sese in ecclesiam constipantis exaudiri non iam posset (cf. 141,27sq et In XL Mart. Ib 145,14sq), incidit (BHG 1206, PG 46 749-756), libris amissis α et β (qui in memoria encomii Stephani I hyparchetypis α et ex parte γ respondent) traditum est.

A. De hyparchetypo α

1. De recensione codicum

Gravissimi testes libri α, qui apographon translitteratum editionis operum Gregorii Byzantinae ω[1] fuisse videtur (vide supra p. CLXXXIV), sunt Monacensis gr. 370 = O et Mediolanensis Ambrosianus gr. C 135 inf = M. Monacensis O descriptus est ex libro deperdito α[1], a quo (libro

amisso α^{2} i.e. "codice Grimani" interposito, cf. supra p. CLXXXI) hi quoque recentiores codices dependent: Parisini gr. 585 et 586, Monacensis gr. 107, Matritensis gr. 4864. ex autem Ambrosiano M, postquam librarius ipse ei complures varias lectiones ex collato teste familiae β haustas inseruit (plerumque rasuris, quae vix cognosci possunt, usus), descripti sunt Vindobonensis theologicus gr. 42 et liber deperditus μ^{1} i.e. pater Oxoniensis Bodleiani Cromvelliani 9 et Veneti Marciani gr. 67. denique Venetus Marcianus gr. 69 = D, a quo Monacensis gr. 92 ad verbum descriptus est, aeque ac in memoria complurium Gregorii orationum (cf. supra p. CCXXIII, infra p. CCXLIX) ex fonte libri α i.e. ex hyparchetypo ω^{1} ipso defluxisse videtur. item Vaticanus gr. 1907, qui est pater Vaticani gr. 1433, de quo Vindobonensis theologicus gr. 279 dependet, ex aliquo amisso teste hyparchetypi ω^{1} descriptus est. praeterea Athous Vatopediu 128, etsi textum mixtum, cuius origo vix explicari potest, praebet, tamen familiae α addicendus esse videtur. denique Vaticanus Urbinas gr. 10, cum ex editione Morelliana fluxerit, ex grege testium eliminandus est.

2. Stemma codicum

Videas licet infra.

3. De testimoniis stemmatis

Lectiones libri deperditi α^{1} propriae hae inveniuntur: 137,21-22 ῥημάτων ἐκείνων, 139,18 ante δεικνύειν add καὶ, 139,18 post πάρεστιν om καὶ δὴ δεικνύομεν (i.e. unam lineam exemplaris α), 139,18 με: δὲ, 141,12 διηγουμένων, 141,18 ἐγκαλωπίζεσθαι (quod mendum scriba codicis Monacensis 107 sua sponte correxit), 141,21 τῷ θεῷ om, 141,22 φυτείαν ἐν ἐμοὶ, 142,10 παραπλήσιον, 142,14 δευτέρα: τὰ δεύτερα. omnibus locis allatis (exceptis lacuna 139,18 et mendo orthographico 141,18) corrector coniecturali arte usus esse videtur. Monacensis O non ipse pater librorum recentiorum esse his mendis libri O propriis probatur: 137,7 εὐφροσύνης ἐστίν om O (i.e. unam lineam exemplaris α^{1}), 141,8 περισκοπήσης: περισκοπήσας O, 141,11 φωναί: φαιναὶ O, et nonnulla menda orthographica, quae in apographis libri α^{2} non inveniuntur.

Librarius Ambrosiani M his locis (orthographicis et similibus correcturis exceptis) textum sua manu mutavit: 137,12 ὅτι expunxit, 138,12 φέρῃ corr ex φέρει, 141,9 ἐνιαυσιαία: -α in ras, 141,25 μοι corr ex τοι. quibus locis apographa eius lectiones correctas tradunt excepto 137,12, ubi Vind. theol. 42 verbum ὅτι in M non erasum, sed expunctum non omisit. praeterea codex M, liber μ^{1} et Vind. theol. 42 haec menda libri M propria communicant: 139,19 ἀφθονίαν: ἀφορίαν, 140,20 παρερχομένων:



ἐρχομένων. ex mendis libri μ^{1} propriis e.g. afferam 138,16, ubi eius apographa τὸν post πάντα omiserunt.

Codex Venetus D neque ex libro M neque ex libro O neque ex libro α^{2} (quorum mendis propriis caret) fluxit, sed ex hyparchetypo ω^{1} ipso (forsitan interposito libro amisso) aeque ac in memoria earum orationum, quas Gregorius de Basilio fratre et de XL Martyribus Ib habuit (vide supra p. CCXXIII, infra p. CCXLIX) dependere videtur. nonnullae enim lectiones, quas Venetus D aut cum libro α (141,25 τοι pro μοι) aut cum libro α^{1} (137,21-22 ῥημάτων ἐκείνων, 139,18 ante δεικνύειν add καὶ, 141,12 διηγουμένων, 141,22 φυτείαν ἐν ἐμοὶ, 142,10 παραπλήσιον) communes habet, ex hyparchetypo ω^{1}, qui textum multis locis correctum praebuit, in apographon translitteratum α pervenisse possunt. sed res brevitate orationis plane non perspici potest. liber autem Monacensis 92

et Venetus D omnino consentiunt, ut illum ex eo descriptum esse mihi persuasum sit.

Item Vaticanum 1907, in quo oratio In XL Martyres Ia non ante orationem In XL Martyres Ib (= fol. 61-62), sed posteriore loco (fol. 83v-84v) encomium In Basilium fratrem (fol. 80v-83v) consecuta traditur, ex aliquo teste hyparchetypi ω^1 deperdito fluxisse apparet. iam homo doctus W. Jaeger (GNO VIII 1 p. 7) monstravit aliique editores operum Gregorii comprobaverunt virum Byzantinum, qui in Vaticano 1907 quam plurima Gregorii opera collegit, ea e variis fontibus hausisse. orationem autem In XL Martyres Ib ex eodem fonte quo encomium In Basilium fratrem descriptam esse (non quo oratio In XL Martyres Ia) verisimile videtur. Vaticanus 1907 enim (mendis propriis exceptis) a textu hyparchetypi ω^1 his paucissimis locis abhorret: 138,6 ὑπεξελθεῖν (+ β^1) pro ἐπεξελθεῖν, 140,1 ταῦτα (+ β^1) pro ταύτῃ, 141,2 ὑμῖν (+ β^1) pro ἡμῖν. quae variae lectiones sive ex aliquo teste familiae β^1 haustae et ei libro, ex quo Vaticanus 1907 descriptus est, insertae sunt (pater Vaticani 1907 textum contaminatum continuisse clarius in memoria encomii In Basilium fratrem cognoscitur) sive in Vaticano scribendo forte ortae sunt (cf. 140,1 τῇ ζωῇ ταύτῃ / ταῦτα τὰ καλὰ [sic], 141,2 ἡμῖν / ὑμῖν [sic]: variae lectiones, quarum utraque iotacismo, ut vocant, orta esse potest, 138,6: ὑπ- et ἐπ- non raro a librariis commutantur). omnia menda Vaticani 1907 propria (quae neglegentia, non ratione scribae orta sunt) item in Vaticano 1433 et in Vindobonensi theol. 279 inveniuntur: lacunae (137,22 τὴν om, 140,1 τὰ καλὰ om), immutatus verborum ordo (138,27 ἄλλους πατέρας, 139,1 νόμον ὑμῖν, 139,22 χρείαν ἑκάστου, 141,12 τὰ θαύματα διηγούμεναι, 142,14 χάριν θεοῦ), errata aperta (138,7 εὔκαιρον: δεύτερον, 141,1 εὐφημίαις: ἀτιμίαις). qui autem tres codices adeo inter se consentiunt, ut Vaticanum 1433 ex Vaticano 1907 et Vindobonensem theol. 279 ex Vaticano 1433 descriptum esse pro certo habeam. at Vindobonensem theol. 279 non ex ipso Vaticano 1907 fluxisse eo probatur, quod in oratione Ib textum Vaticani 1433, qui ab 145,19 non iam de Vaticano 1907, sed de Londiniensi Λ descriptus est, tradit (vide infra p. CCLIII).

Hae sunt lectiones hyparchetypi ω^1 propriae, quas liber α et Venetus D et Vaticanus 1907 communes habent:

1. *omisit*: 142,15-16 ὅτι et πρέπει.
2. *verba mutavit* (a) *substantiva*: 139,19 εὐφυΐαν: εὐφορίαν, (b) *adiectiva*: 140,22 ἅπας: πᾶς, 141,12 εὐτονώτερον: γεγωνότερον.
3. *verba aliter flexit* (a) *substantiva, adiectiva, pronomina etc.*: 142,12 τῇ φωνῇ: ταῖς φωναῖς, 142,15 τὸ ... ἐλλειφθὲν: τὰ ... ἐλλειφθέντα, (b) *verba temporalia*: 141,28 παρεστῶσιν: παρεστηκόσιν.

quas lectiones ex coniecturis ortas et eiusdem rationis esse, qua in aliarum quoque Gregorii orationum memoria ille vir Byzantinus, qui hyparchetypum ω^1 composuit, multis locis verba Gregorii emendare conatus est, apparet.

Restat, ut paucis verbis de codice Athoo Vatopediu 128 referam, qui plerumque cum codice Arsenii β^1 (cf. 140,8 προσῇ διηγήμασι + Lugd. Bat. Gron. 12, προσδιηγήμασι Λ, 140,10 ἐναπέθεντο, 140,18 τι ἄλλο, 140,24 ἡμῖν: ἅμα + Lugd. Bat. Gron. 12, 141,11 μόνον οὐχὶ + Λ, οὐχὶ μόνον om Lugd. Bat. Gron. 12), sed etiam cum Monacensi O (137,21-22 ῥημάτων ἐκείνων, 141,21 τῷ θεῷ om) vel libro M^2 (137,12 ὅτι om) vel Ox. Cromv. 9 (141,16 τῷ ante οὐρανῷ om, 141,28 παρεστῶσιν: παροῦσιν) consentit. ergo Ath. Vat. 128 aut ex teste deperdito hyparchetypi β, qui nonnumquam cum libro ex stirpe hyparchetypi α orto collatus est, aut ex aliquo teste hyparchetypi α, qui multis locis cum apographo codicis Arsenii collatus est, fluxisse necesse est. cum autem pater Athoi Vat. 128 in memoria orationis Ib ex stirpe libri α fuisse videatur, et hic ad eandam familiam addicitur. profecto eum ad verba Gregorii restituenda nullius pretii esse mihi persuasi.

B. De hyparchetypo β

1. De recensione codicum

Textus hyparchetypi β paucissimis libris traditur, inter quos praecipue apographis illius "codicis Arsenii" anno 911 scripti (= β^1), quem iam memoriam encomii In Stephanum I exquirentes invenimus ibique γ^9 nominavimus (vide supra p. CLXXXIX). cuius apographa sunt Londiniensis Musei Britannici gr. Old Royal 16 D I = Λ, ex quo Taurinensis gr. C I 11 (qui est pater Montepessulani 122) descriptus est, et Lugdunensis Batavorum Gronovianus 12. de fratre autem gemino aut filio codicis Arsenii, qui raro cum alio quodam teste collatus est, Athous Vatopediu 111 = V^a dependet.

2. Stemma codicum

Videas licet infra.

3. De testimoniis stemmatis

Codicis Arsenii β^1 lectionum propriarum, quas Londiniensis Λ et Lugdunensis Bat. Gron. 12 communes habent, haec mihi praedicanda videtur: 140,10/11 textui utriusque libri cruces ante τοῦ et post ἔξω in scribendo insertae sunt, ad quas haec annotatio in margine pertinet: σκόπει ἐν ἑτέροις ἀντίγραφοις τὰ ἐσταυρωμένα. στοιχητέον (στοιχηταῖον Lugd. Bat. Gron. 12). itaque utrumque librarium et cruces et annotationem marginalem ex codice Arsenii descripsisse apparet. praeterea has lectiones codicis Arsenii β^1 proprias enumero:



1. *omisit*: 137,10 τῷ ante πλήθει (sscr Lugd. Bat. Gron. 12), 141,11 οὐχὶ μόνον (Lugd. Bat. Gron. 12 om, immutato verborum ordine μόνον οὐχὶ add Λ), 141,21 αὐτῆς post καρπὸν, 142,8 ἡ ante ἀρχή, 142,16 τῶν αἰώνων.
2. *verba mutavit* (a) *substantiva*: 139,3 θεραπείας: ἡλικίας, 140,12 πρὸ τῶν τροπαίων: πρὸς τὸν τρόπον, (b) *verba temporalia*: 142,12 κυμαινομένῳ: κοιλαινομένῳ, 142,12 χειμασθέντας: σχηματισθέντες, (c) *pronomina, particulas etc.*: 139,17 ἡμέτερος: ὑμέτερος, 142,11 ὥστε: ὡς, 142,13 ἐπὶ: εἰς.

quibus omnibus locis errores Arsenii, qui librum β, quem descripsit, parum diligenter legit, exstare puto.

His locis codex Arsenii β¹ et Athous Vᵃ lectiones libri β proprias communicant:

1. *addidit*: 138,1 τὸν ante ἐν, 138,20 καὶ ante τῆς.
2. *omisit*: 138,28 μοι (ante πατέρες), 139,24 τῶν, 140,3 τὸ, 141,13 εἶναι.

3. *verba mutavit* (a) *substantiva*: 139,8 ῥικνότητι: ὠκύτητι, 139,13 ἐντολῆς: ἑορτῆς, 140,16 ἐγκωμίων: ἔργων, (b) *adiectiva*: 142,9 ἀριστίνδην: πίστιν ἀρίστην, (c) *verba temporalia*: 138,6 διδομένην: ἐνδιδομένην, 142,8 σιγήσαντα: ἀλογίσαντα, (d) *pronomina, particulas etc.*: 138,1 ἡμῖν: ὑμῖν, 139,25 ἑαυτὸν: αὐτῶν Λ Lugd.Bat.Gron. 12 αὐτὸν Vᵃ, 140,14 δὲ: δή.
4. *verba aliter flexit* (a) *substantiva, adiectiva, pronomina etc.*: 137,16 τὸ πλῆθος: τῷ πλήθει, 140,17 αἱ ... αὐγαί: ἡ ... αὐγή, 142,14 σχολή: σχολῇ, (b) *verba temporalia*: 140,14 ἀγαγέτω: ἀγέτωσαν, 142,13 καταφυγεῖν: καταφεύγειν.

homo doctus, qui arte coniecturali usus verba Gregorii tam multis locis emendare conatus est, sensum ipsum verborum oratoris non semper intellexisse videtur, ut mea quidem opinione lectiones ab eo propositae ad textum constituendum adhibendae non sint. librum Vᵃ autem non ex patre codicis Arsenii, sed aut ex fratre gemino aut ex filio correcturis additamentisque instructo fluxisse imprimis ex fine orationis intellegi potest, ubi liber Vᵃ nonnulla verba formulae finali inserta tradit, quae ex libro, de quo pendet, hausta esse eo sequitur, quod in extrema pagina compressis lineis scripta sunt.

C. De archetypo ω

Textus archetypi ubique certo restitui potest excepto 140,25-26, ubi omnes testes verba ἤ εἴ τις ἐν ἀλλήλοις mea quidem opinione falso tradunt: forsitan εἴ τις ex ἔστι et ἀλλήλοις ex ἄλλοις (i.e. ἐν ἄλλοις varia lectione ἄλλῃ suprascripta) orta sunt. ceterum mirum non est, ut oratio brevissima et, antequam ad laudationem martyrum ipsam pervenisset, incisa inter collecta solum Gregorii Nysseni opera, non in hagiographicis libris neque in panegyricis menologiisque inveniatur.

3. DE EDITIONIBUS IMPRESSIS

Vide infra p. CCLVI sq.

IN XL MARTYRES Ib

(PRAEFATIO)

1. CONSPECTUS CODICUM

Athous Dochiariu 69 — fol. 187-193, chart., saec. XIV
Athous Lavras Δ 84 — fol. 315-320, membr., saec. XII/XIII
***Athous Lavras E 188** — fol. 364-370, chart., anno 1626/7 scr.
V^a **Athous Vatopediu 111** — fol. 167-176v, membr., saec. XI
Athous Vatopediu 128 — fol. 315-320v, membr., saec. XIV
Basileensis Universitatis F V 29 — fol. 98-106, membr., saec. XII
Constantinopolitanus τῆς θεολογικῆς σχολῆς 39 — fol. 129v-137v, chart., anno 1559 scr.
Florentinus Laurentianus Ashburnhamianus 99 — fol. 10-17v, membr., saec. X/XI
Λ **Londiniensis Musei Britannici gr. Old Royal 16 D I** — fol. 366-370, membr., saec. XII
Lugdunensis Batavorum Gronovianus 12 — fol. 68v-74, chart., saec. XVI
Lugdunensis Gallorum 542 (= 625, = 51) — fol. 216, membr., saec. XII
***Matritensis gr. 4864** (arch. hist. 163,6) — fol. 166v sqq, chart., saec. XVI
M **Mediolanensis Ambrosianus gr. C 135 inf** — fol. 123-131v, membr., saec. XI
Monacensis gr. 92 — fol. 399v-406, chart., saec. XVI
Monacensis gr. 107 — fol. 100-105v, chart., saec. XVI
O **Monacensis gr. 370** — fol. 123-126v, membr., saec. X
Montepessulanus 122 — fol. 86-94, chart., saec. XVI
Oxoniensis Bodleianus Clarke 44 — fol. 31-40v, membr., saec. XII/XIII
Oxoniensis Bodleianus Cromvellianus 9 — pag. 237-250, membr., saec. XIII
Parisinus gr. 585 — fol. 81-86v, chart., saec. XVI
Parisinus gr. 586 — fol. 212-218v, chart., saec. XVI
Romanus Vallicellianus gr. B 22 — fol. 171-171v, membr., saec. XIII
Taurinensis gr. C I 11 — fol. 104-106v, chart., saec. XIV
Vaticanus gr. 1433 — fol. 160v-165, membr., saec. XIII
S **Vaticanus gr. 1907** — fol. 61-62, chart., saec. XII
Vaticanus Ottobonianus gr. 91 — fol. 99v-105, chart., saec. XVI/XVII
Vaticanus Urbinas gr. 10 — fol. 90-97v, chart., saec. XVII
Venetus Marcianus gr. 67 — fol. 65v-70, membr., saec. XI
D **Venetus Marcianus gr. 69** — fol. 214v-219, chart., saec. XII
V^e **Venetus Marcianus gr. 359** — fol. 12-18v, membr., saec. X
Vindobonensis theologicus gr. 42 — fol. 140v-145, chart., saec. XII
Vindobonensis theologicus gr. 279 — fol. 45-52v, chart., saec. XIV

2. DE RECENSIONE CODICUM

Oratio Ib, qua Gregorius postridie eius diei, quo orationem Ia incidere coactus est, quadraginta martyres laudavit (BHG 1207, PG 46, 757-772), aeque ac oratio Ia hyparchetypis α et β tradita est.

* Libros Athoum Lavras E 188 et Matritensem 4864 non inspexi.

A. De hyparchetypo α

1. De recensione codicum

Gravissimi testes hyparchetypi α sunt Monacensis gr. 370 = O et Mediolanensis Ambrosianus gr. C 135 inf = M. ex ipso Monacensi O Venetus Marcianus gr. 359 = V^e descriptus est, qui ad eam partem, quae in Monacensi deest (150,8-156,20), testis pro illo adhibendus est. ex gemello autem libri O i.e. ex "codice Grimani" α^2 Parisini gr. 585 et 586, Monacensis gr. 107 et (quod pro certo habeo, etsi librum non inspexi) Matritensis gr. 4864, ex Mediolanensi M, postquam librarius eum sua manu correxit ($= M^2$), Vindobonensis theologicus gr. 42 et libro amisso μ^1 interposito Oxoniensis Bodleianus Cromvellianus 9 et Venetus Marcianus gr. 67 fluxerunt. Venetus Marcianus gr. 69 = D et forsitan pater Florentini Laurentiani Ashburnhamiani 99 (cuius folia 1-19 ex Lugdunensi Gallorum 542 abscisa sunt) et Oxoniensis Bodleiani Clarke 44 ($= \alpha^3$) ex patre libri α i.e. ex hyparchetypo ω^1 ipso pendere videntur. Athoum Vatopediu 128 ex incerto quodam libri α apographo, in quod nonnullae lectiones codicis Arsenii (β^2) propriae inscriptae erant, fluxisse verisimile est. denique Monacensis 92 ex Veneto D, Vaticanus Urbinas 10 ex editione Morelliana anno 1615 impressa descripti sunt.

2. Stemma codicum

Videas licet infra.

3. De testimoniis stemmatis

Has lectiones libri α^1 proprias enumero: 146,7 τὰ om, 146,9 ἐκ παλαιῶν: παλαιὸν, 149,4 ante Χριστοῦ add τοῦ, 155,24 τὸν ἄνθρωπον om. libri Monacensis O hae variae lectiones propriae omnes item in Veneto Marciano gr. 359 V^e inveniuntur: 146,5 τῷ: τὸ (corr O^2), 147,29-148,1 ἀληθινὸν - πάντων om, 148,12 κάλλει διαπρεπὴς om, 148,23 καλλωνῆς, 148,27 τοῖς (ante ὁρῶσι): τοὺς (corr O^2), 149,5 φόβων: φόβον (corr O^2), 149,6 παιδίων: παιδίαν (corr O^2), 149,6 κατεχλεύαζον: καταχλευάζων. quibus ex mendis libri O propriis non modo cognosci potest Venetum V^e ex Monacensi O descriptum esse, antequam manus recentior in illo nonnulla menda correxit, sed etiam quattuor recentiores libros non de Monacensi ipso, sed de eius gemello α^2 (i.e. "codice Grimani") dependere. librarius libri Mediolanensis M paucis tantum locis textum commutavit (145,13 παρασκευὴ ex παρασκευὴν, 147,4 ὑποληφθεῖσα ex ἀποληφθεῖσα restituit), quibus apographa eius μ^1 et Vind. theol. 42 lectiones correctas acceperunt; qui item 148,7 (τοῦ falso pro τὸ) Mediolanen-



sem M sequuntur. libri μ^1 e.g. has lectiones proprias indico: 147,5 πολεμίων: πολεμούντων, 150,2 σφενδονούμενος: σφενδονώμενος.

Cum paucissimae lectiones libri α ipsius propriae inveniantur (147,18 ἐποιεῖτο: ἐποίει, 151,19 προγόνων: πρωτογόνων, 152,2 ἀγαθὸν om, 156,9-10 κύριε - σου om), auctor hyparchetypi ω^1 pluribus locis textum suo arbitrio commutavit. hae sunt eius lectiones propriae, quas liber α (i.e. apographon eius translitteratum) et Ven. Marc. D (qui aeque ac in memoriis encomiorum Basilii et XL Mart. Ia, cum textum libri ω^1 mendis librorum α et α^1 et M carentem praebeat, aut ex hyparchetypo ω^1 ipso aut ex quodam eius filio amisso fluxisse videtur) communes habent:

1. *addidit*: 148,18 καὶ ante καθαρᾶς (non accepit Venetus D).
2. *omisit*: 149,13-14 οὐδὲ χαλκῇ - περιφραξάμενοι, 151,21 ἄρα.

3. *verba mutavit* (a) *substantiva*: 150,25 ἐχθροὺς: ἐναντίους, 152,13 ἀγώνων: ἁγίων, (b) *verba temporalia*: 145,8 ἀντιδίδοσθαι: ἐπιδίδοσθαι, 147,4 ὑποληφθεῖσα: ἀποληφθεῖσα, (c) *pronomina, particulas etc.*: 151,25 εἰς: πρὸς.
4. *verba aliter flexit* (a) *substantiva, adiectiva, pronomina etc.*: 145,13 παρασκευὴν: παρασκευὴ (excepto Veneto D, +β²), 150,17 πάντα: πάντων, 151,13 καρποῦ: καρπὸς, (b) *verba temporalia*: 152,16 παραδράμῃ: παραδράμοι.
5. *ordinem verborum commutavit*: 153,15 λούτροις τότε: τότε λούτροις.

quibus omnibus locis allatis auctor libri ω¹ textum coniecturali arte adhibita emendare conatus esse eo quoque demonstratur, quod magnam lacunam 149,13-14, in qua nonnulla vocabula inter προβαλλόμενοι et περιφραξάμενοι i.e. verba similiter cadentia exciderunt, non implevit: qua ex re eum nullum alium librum inspexisse concludere licet.

Athous Vatopediu 128 eodem modo quo in oratione Ia lectiones utriusque familiae tradit, sed patrem eius ex stirpe libri α ortum et cum teste codicis Arsenii contaminatum esse hic clarius cognosci potest. exempla lectionum librorum α et ω¹ vide haec: 147,18 ἐποίει, 149,13-14 οὐδὲ χαλκῇ - περιφραξάμενοι om, 150,17 πάντων, 151,13 καρπὸς, 152,2 ἀγαθὸν om, 152,13 ἁγίων, 153,15 τότε λούτροις, 156,9-10 κύριε - σου om. ex libro autem collato librarius e.g. 146,21 ψεκάδος (pro πίδακος) deprompsit et 146, 24 ἐπικαλέσασθαι post συμμαχίαν addidit; id verbum, cum in codice Arsenii ante συμμαχίαν insertum fuerit, in patre Athoi supplementi loco scriptum esse apparet. ceterum Athoi textum mixtum ad restituendum Gregorii sermonem non adhibendum esse censeo.

Restat, ut pauca de Florentino Laur. Ashb. 99 et Oxoniensi Bodl. Clarke 44 dicam, qui ex eodem patre (=α³) exorti item plerumque textum libri ω¹, quem libros α et D conferendo restituimus, mendis librorum α et α¹ et M propriis carentem praebent. lectionum libri ω¹ propriarum, quas supra enumeravi, quattuor tantum *non* tradunt: 145,13 non παρασκευὴ (in libro M quoque primo παρασκευὴν scriptum esse videtur), 147,4 non ἀποληφθεῖσα (levissimam correctionem litterae α ex littera υ scriba libri α³ fortasse neglegentia quadam praeteriit), 150,25 non ἐναντίους (quae vox in libro ω¹ ad vocem genuinam ἐχθροὺς, quam scriba libri α³ continuit, adscripta erat), 152,16 non παραδράμοι (quae varia lectio itacismo orta esse potest). quibus igitur locis non origini libri α³ sive ex hyparchetypo ω¹ ipso sive ex quodam eius apographo deperdito repugnatur. lectionum autem propriarum libri α³ has enumero: 147,19 post πρὸς add τὸν (del Oxon. m²), 148,6 τούτων: τῶν (corr Oxon. m²), 151,12 ὥστε εἰπεῖν καλῶς om, 153,5 τοῦ θανάτου: τούτου, 153,17-18 γύμνοι - κόσμον om (in marg add Oxon. m²).

Florentini autem Laur. Ashb. 99 folia 1-19v ex Lugdunensi Gallorum 542 abscisa esse nemo adhuc cognovisse videtur: reapse textus encomii Gregorii In XL Martyres Ib in Flor. Laur. Ashb. 99 fol. 17v post 156,9 μνήσ abrumpit, fragmentum finis orationis in Lugdun. 542 servatum medio in eodem verbo θητί incipit; praeterea ambos libros ab eodem scriba scriptos esse apparet; denuo Flor. Laur. Ashb. 99 eas tres orationes, quae in lacuna codicis Lugdunensis 542, ut ex summario videmus, absunt, ordine scilicet foliorum turbato tradit: fol. 1-7v orationem IV Leonis de Hypapante (BHG 1974), fol. 8-9v et 18-19v laudationem Theodori Studitae de inventione capitis Ioannis Baptistae (BHG 842), fol. 10-17v encomium Gregorii Nysseni In XL Mart. Ib mutilatum (BHG 1207).

Cum textus hyparchetypi ω¹ ex apographis libri α et Veneto D plane restitui possit, neque Florentinum Ashb. 99 neque Oxoniensem Clarke 44 ad apparatum criticum adhibui.

B. De hyparchetypo β

1. De recensione codicum

Hyparchetypus β parens erat et libri deleti β¹, ex quo codex Arsenii (=β²) et libris deperditis interpositis Athous Vatopediu 111 = Vᵃ, Romanus Vallicellianus gr. B 22 atque (ni fallor) Basileensis Universitatis F V 29 descripti sunt, et Vaticani gr. 1907 = S et libri Athoi amissi β³, de quo Athoi Dochiariu 69 et Lavras Δ 84 (qui est parens Athoi Lavras E 188 et Constantinopolitani τῆς θεολογικῆς σχολῆς 39) pendent. Vaticanus gr. 1433, cuius Vindobonensis theologicus gr. 279 et libro amisso interposito Vaticanus Ottobonianus gr. 91 apographa sunt, primis tantum lineis de Vaticano S, ex quo maximam partem descriptus est, inde ab folio 161 de Londiniensi Musei Britannici gr. Old Royal 16 D I = Λ, apographo codicis Arsenii, pendere videtur. quo ex codice Arsenii β² praeterea Lugdunensis Batavorum Gronovianus 12, ex Londiniensi autem Taurinensis gr. C I 11, qui est parens Montepessulani 122, fluxerunt.

2. Stemma codicum

Videas licet infra.

3. De testimoniis stemmatis

Libri β¹, i.e. fontis codicis Arsenii (β²) et Athoi Vat. 111 (=Vᵃ), hae lectiones propriae, quae paucissimis exceptis neglegentia librarii ortae esse videntur, inveniuntur:

1. *addidit*: 152,28 καὶ ante ὥσπερ, 156,18 ἄξιοι ante διὰ.



2. *omisit*: 145,11 δὲ, 149,9 τῶν, 151,23 φίλοι, 152,11 τὸ, 152,18 ὑμᾶς, 152,18 ὁ, 154,6-7 κατὰ μικρὸν, 155,14 ἡγίασαν, 155,25 μέμνησθε - ἐζητημένων, 156,17-18 ἀδεῶς - ἐντὸς.
3. *verba mutavit* (a) *substantiva*: 146,2 εὐφυΐαν: εὐφημίαν (μ eras in Lond.), 146,3 ῥώμης: ῥοπῆς, 147,18 ἀντίπαλος: ἀντικείμενος, (b) *adiectiva*: 145,14 εὐκταῖος: εὐκλεὴς, 154,28 ἀτόπων: ἀτοπωτάτων, (c) *verba temporalia*: 145,17 ἐπεισρεόντων: ἐπιρρεόντων Va, ἐπιθεόντων β1, 155,26 ζητούμενον: ἐπιζητούμενον (-μένων Va), (d) *pronomina, particulas etc.*: 149,10 ὦ: οἱ, 149,11 ὦ: οἱ, 155,14 οἷα: ποῖα.
4. *verba aliter flexit* (a) *verba temporalia*: 145,14 ἦμεν: εἰμὶ, 145,20 κατελίπομεν: κατελείπαμεν, 146,20 εἶχον: εἶχεν, 150,14 κατεπάλαισε:

5. *ordinem verborum mutavit*: 145,11 χθὲς μὲν: μὲν χθὲς, 148,21 φησί που: που φησὶν, 149,26 ταῦτα πάντα: πάντα ταῦτα, 150,19 μόνον αὐτοῖς: αὐτοῖς μόνον, 156,1 ἔσται καιρὸν: καιρὸν ἔσται.

primis tantum paginis is, qui librum β1 scripsit, suo Marte textum emendavisse, progrediente autem labore eo proposito destitisse et magis in describendo peccavisse videtur. simili autem neglegentia Arsenius textum libro β1 traditum descripsit et denuo permutavit. pauca exempla lectionum eius propriarum primis ex paginis excerpta afferam: 145,6 συμποτικὸς: δεσποτικὸς, 146,11 ἔκ τινος om, 146,14 ἐπικαίρων: ἐπικλήρω, 146,21 πίδακος: ψεκάδος, 146,24 ante συμμαχίαν add ἐπικαλέσασθαι, 147,9 post δὲ add χορηγὸς, 147,14 ῥωσθέντες: χυρωθέντες, 147,16 γὰρ om, 148,2 ἴδιον: θεῖον, 148,4 ante τῆς add τῇ, 148,9 σιδήρου: σιδήρων etc.

Textus libri β1 inde ab 145,19 non modo apographis codicis Arsenii atque Athoo Va, sed etiam Vaticano 1433 traditur, qui primis in lineis aeque ac in memoria aliarum Gregorii orationum ex Vaticano 1907 = S descriptus est; idem scriba folio 161 ineunte (= 145,19 οἷον ἀκταῖς) fontem suum permutavisse eo plane probatur, quod in initio orationis textum Vaticani S (145,11 ἡμᾶς om S et Vat. 1433 eiusque apographa; intra lineas 145,1-19 nullae lectiones librorum β1 et β2 propriae adsunt), inde ab 145,20 (κατελείπαμεν pro κατελίπομεν) textum codicis Arsenii ipsum praebet, qui mea quidem sententia ex Londiniensi Λ descriptus esse videtur: cuius enim menda quoque propria continet (cf. e.g. 146,11 ἡ πίστις τῶν: ἡ πιστῶν, 147,25 γαῦρον: γαύρους). cur librarius in ea oratione describenda fontem commutaverit, nescimus. ex Vaticano 1433 Vindobonensis theol. 279 ad verbum descriptus est, qua in re librarius correcturas in Vaticano ab aliquo homine docto inscriptas sequi solebat (cf. 146,2 εὐφημίαν m1, corr in εὐφυΐαν m2 Vat. 1433: εὐφυΐαν Vind., 148,23 καὶ om m1, sscr m2 Vat. 1433: καὶ add Vind.). item Vaticanum Ottob. 91 de Vaticano 1433 pendere apparet, sed plane interposito libro deperdito, qui ante correcturas ortas ex Vaticano 1433 descriptus erat (cf. 146,2 εὐφημίαν Vat. Ott., 148,23 καὶ om Vat. Ott.); ei libro lectiones quoque propriae insertae esse videntur (cf. 147,18 ἀντίπαλος: ἀντίδικος in textu, γρ ἀντικείμενος [= β1] in marg).

Fragmentum Romano Vall. B 22 traditum nonnullas lectiones proprias et cum libro β1 (149,26 ταῦτα πάντα: πάντα ταῦτα, 150,14 κατεπάλαισε: κατεπάλαιεν m. pr., corr m. corr., 150,19 μόνον αὐτοῖς: αὐτοῖς μόνον, 151,23 φίλοι om, 152,18 ὁ om, 152,28 ante ὥσπερ add καὶ) et cum libro Va (149,18-19 ὁ ἔχων - παρατάξεως om, 150,6 ὅρους: λόγους, 150,19 ante χωρισθῆναι add μή, 151,24 ἐλθεῖν om) communicat, ut ex apographo libri β1 codici Va cognato fluxisse conicere liceat. textum autem, ex quo exscriptus est, contaminatum esse eo perspicitur, quod Rom. Vall. B 22 non omnes lectiones libri β1 proprias tradit; exemplar collatum fortasse

ex stirpe libri β^3 ortum est (cf. lectiones Rom. Vall. B 22 cum libro β^3 communes: 149,10-11 ὦ καλῶς - ἐμμελετήσαντες om, 149,14 περιφραξάμενοι: φραξάμενοι, 149,17 δὲ om). sed hactenus de hoc fragmento ad textum edendum inutili.

Lectiones libri β^3 propriae, cuius testes ad apparatum criticum non adhibui, cum textus eo traditus qualitate pessima sit, sunt hae:

1. *addidit*: 150,14 γὰρ post ἤνεγκε, 150,20 τοῦ ante Χριστοῦ, 152,19 vide infra 3c, 155,26 μὲν post εἰ, 156,20 καὶ τὸ κράτος post δόξα.
2. *omisit*: 148,3 ἂν, 148,7 τοῦ, 148,8 τοῦ, 148,16 καὶ, 148,26 ἦν, 148,27 τὰ, 149,10-11 ὦ καλῶς - ἐμμελετήσαντες, 149,13 τοῦ, 149,17 δὲ, 151,22 ἦν.
3. *verba mutavit* (a) *substantiva*: 150,21-22 τῶν ἀθεάτων: αὐτῶν, (b) *adiectiva*: 154,12 τὰ ἅγια σώματα: τὰ σώματα τῶν ἁγίων, (c) *verba temporalia*: 145,14 ἦμεν: ἡμέρα, 149,14 περιφραξάμενοι: φραξάμενοι, 150,22 ἐπαγάλλεσθαι: ἐπάγεσθαι, 152,19 διαδυόμενος: διαλυόμενος (... τοίχων τὴν ἰσχὺν διαλυόμενος Ath. Lavr. Δ 84, κρυμὸς ὁ καὶ αὐτὸν τὸν τεῖχον διαλυόμενος Ath. Doch. 69), 155,21 νῦν ἐξετάσαι: συνεξετάσαι, 155,26 ἡμῖν εὑρημένων: ηὑτρεπισμένων, (d) *pronomina, particulas etc.*: 152,4 πρὸς: περὶ, 156,3 οἱ: ἅγιοι.
4. *verba aliter flexit* (a) *substantiva, adiectiva, pronomina etc.*: 145,19 οἷον: οἷα, 147,22 ἡλικίας νεότητι: ἡλικία νεότητος, 148,17 καλοὶ: καλή, 152,25 ἧς: ᾗ, (b) *verba temporalia*: 145,18 ἐκύμαινε: ἐκυμαίνετο, 146,7 γενοίμεθα: γενώμεθα, 153,1 λαβόντος: λαβὼν, 155,25 ἐζητημένων: ἐζ(ἐξ- Ath. Lavr. Δ 84)ητασμένων.
5. *ordinem verborum mutavit*: 145,13 λείψανον ᾖ: ᾖ λείψανον, 156,4 καὶ εἰ: εἰ καὶ (εἰ om Ath. Lavr. Δ 84), 156,14 τοῖς δὲ ἀξίοις: τοῖς ἀξίοις δὲ.

Const. θεολ. σχολ. 39 praeterea nonnulla menda propria cum Ath. Lavr. Δ 84, quae in Ath. Doch. 69 non inveniuntur, communicat (ut 145,19 προσρηγνῦσα: προρηγνῦσα, 146,6 ἀριστεῖον: ἀρίστιον, 146,15, 147,13, 147,24, 148,3 στρατιᾶς: στρατείας etc); itaque eum ex illo descriptum esse (quod iam vir doctus Ehrhard I 3,299, cum ordinem operum in utroque codice collectorum comparavisset, opinatus est) concludere licet. vir doctus Ehrhard eadem ratione item Athoum Lavras E 188 (quem non inspexi) apographon Athoi Lavras Δ 84 esse coniecit. librum β^3 nullius pretii ad textum constituendum esse apparet.

Paucis verbis mihi nunc de Basileensi Univ. F V 29 agendum est, quem ex libro β^1 fluxisse eo concludi potest, quod lacunam 156,17-18 ἀδεῶς - ἐντὸς et nonnullas alias lectiones libri β^1 aut libri β proprias (145,11 μὲν χθὲς, 149,10 et 11 ὦ: οἱ, 155,27 πᾶσιν: πάλιν, 156,12 ἀντίπρωρον: ἀντιπρόσωπον) continet. sed ei libro, ex quo descriptus est, variae lectiones insertae esse videntur, quae mea quidem sententia ex ipso Arsenii codice descriptae erant: in Basileensi enim neque ulla menda

in scribendo orta neque lacunae codicis Arsenii inveniuntur, sed lectiones coniecturali arte fictae, quas virum doctum aut in margine aut inter lineas ad textum genuinum adscripsisse puto. hi sunt loci, quibus Basileensis cum apographis codicis Arsenii consentit: 145,6 συμποτικὸς: δεσποτικὸς, 146,21 πίδακος: ψεκάδος, 146,24 ante συμμαχίαν add ἐπικαλέσασθαι, 147,3 ἐγίνετο: ἐγένετο, 147,14 ῥωσθέντες: χυρωθέντες, 147,19 ἐξητεῖτο: ἐζητεῖτο, 150,13 ἀπεναντίον: ἀπεναντίαν, 150,20 μετὰ Χριστοῦ: μετ' αὐτοῦ, 151,13 κέντρον: νῖκος, 151,13 νῖκος: κέντρον, 151,22 post πατρὶς add ἄνθρωποι, 152,1 σοι: σου, 152,14 ἢ: εἰ μή, 153,15 post τόπον add ὡσεὶ, 153,25 παρεδέχετο: προσεδέχετο, 154,5 ἀπέρρεε: ἀπέρρησε, 154,11 ὑπογράφει: ὑπογράψαι, 154,25 ἐπειδή: ἐπεὶ, 154,28 εἰπεῖν: φῆσαι (respice hic ordinem quoque verborum mutatum: καὶ τὸ εἰπεῖν τι τοιοῦτον: καὶ τὸ τί τοιοῦτον φῆσαι Basil.), 155,1 ἐπιγιγνώσκομεν: ἐπιγιγνώσκεσθαι δύναται, 155,6 κατὰ θεὸν: ἐκ θεοῦ, 155,17 post ὑμνολογίαν add εὐλογεῖται πῦρ καὶ καῦμα, 155,17 καῦμα: καύσων, 156,14 προφαίνηται: προσφέρηται, 156,16 post ἐκεῖνοι add τε. quibus expositis librum, ex quo Basileensis descriptus est, ex libro β^1 (aut ex libri β^1 patre, cui, si res se ita habet, supra enumeratae variae lectiones 145,11, 149,10 et 11, 155,27, 156,12 attribuendae sint) fluxisse et cum codice Arsenii, quem sive Arsenius ipse sive alius homo doctus multis locis emendaverat, collatum esse conicere licet.

C. De archetypo ω

Ut in memoria orationis In XL Martyres Ia item in memoria orationis In XL Martyres Ib hyparchetypos α (i.e. apographon translitteratum hyparchetypi ω^1) et β discernere licet, quorum alter Byzantii nono saeculo scriptus complura Gregorii Nysseni opera continuit, alter illi hyparchetypo ω^2, quem memoriam encomii Stephani explanantes archetypo ipsi respondere cognovimus (vide supra p. CCXI sq), cognatus est: quare dubium est, utrum libri β^1, S, β^3 ex uno libro (qui fortasse aeque ac liber β^3 panegyricum continuit) an ex apographis variorum exemplarium, quae Gregorius ipse usum editionis eius temporis secutus ad amicos miserat, fluxerint. sed ea quaestio mihi in textu restituendo magni momenti non esse videtur. si enim lectiones hyparchetyporum librorumque proprias secernimus, pauci modo loci, quibus verba Gregorii non certo restitui possunt, inveniuntur:

147,3 testes hyparchetypi ω^1 et liber β^3 δεήσει, reliqui hyparchetypi β testes γονυκλισίᾳ tradunt i.e. verbum, quo Gregorius unico hoc loco usus esse videtur; sed id tamen mea quidem sententia praeferendum est, cum milites in praecatione occupatos ante oculos ponat.

150,8 post ἔπαινος add παρὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων codex Arsenii, Basil. F V 29, liber β^3, om libri V^a, S et testes hyparchetypi ω^1. quae verba

igitur in archetypo scripta non esse videntur. cum autem res a Gregorio narrata carente additamento (quod facile aliquis contextum orationis observans fingere potuit) plane perspicua sit, textum archetypi incorruptum esse puto.

151,19, ubi primi homines commemorantur, in archetypo προγόνων scriptum est, quod auctor libri α in πρωτογόνων mutavit. at Gregorius neque voce πρόγονος neque voce πρωτόγονος alio operum loco usus esse videtur; primos autem homines alibi plerumque τοὺς πρωτοπλάστους appellavit. hic vero eos non, quod primi homines fuerunt, sed ut eos exempla mala quadraginta martyribus opponendos esse demonstraret (cf. 151,3sq), commemoravit. qua de causa fortasse nomine πρωτοπλάστοι usus non est.

reliquis autem locis, quibus de lectione archetypi fortasse dubitare licet, contextum orationis observando lectiones iustae certo cognosci posse videntur.

Conspectus editionum impressarum



3. DE EDITIONIBUS IMPRESSIS

Quibus editionibus impressis orationes In XL Martyres Ia et Ib provulgatae sint, ex conspectu editionum adiuncto perspici potest. nihil addere mihi opus esse videtur nisi id, quod "codex Canteri", quem ipsum Fronto Ducaeus, cum editionem bilinguem Claudii Morelli curaret, officinae typographicae in usum tradidit, ex stirpe libri α[1] fuisse multis annotationibus editoris, in quibus textus et "codicis Morelli" (i.e. Montepessulani 122) et "codicis Canteri" exscriptus est, probatur.

IN XL MARTYRES II

(PRAEFATIO)

1. CONSPECTUS CODICUM

Monacensis gr. 92 — fol. 406v-412v, chart., saec. XVI
P^b **Parisinus gr. 1505** — fol. 31-35, membr., saec. XII
C^o **Parisinus Coislinianus gr. 22** — fol. 311-312v, membr., saec. XI/XII
B **Vaticanus Barberinianus gr. 456** — fol. 151-155, membr., saec. XII/XIII
D **Venetus Marcianus gr. 69** — fol. 219-223, chart., saec. XII

2. DE RECENSIONE CODICUM

1. De recensione codicum

Textus tertiae orationis laudatoriae, quam Gregorius de martyrio quadraginta martyrum habuit (BHG 1208, PG 46, 773-788), et Veneto Marciano gr. 69 = D, ex quo Monacensis gr. 92 descriptus est, et libro deperdito (= β^1) traditus est, ex quo codices italograeci Parisinus gr. 1505 = P^b et Vaticanus Barberinianus gr. 456 = B fluxerunt. praeterea breve fragmentum (inc. 162,25 ὑπωρώφιοι, expl. 166,14 τελούντων τῆς, lacuna interposita ab 165,2 τῶ[ν usque ad 166,2 καθὼ]ς), quod ex patre libri β^1 (= β) natum esse videtur, in Parisino Coisliniano gr. 22 = C^o invenitur.

2. Stemma codicum

Videas licet infra.

3. De testimoniis stemmatis

Apographa libri β^1 et (quantum servatus est) Coislinianus C^o multis locis a Veneto D abhorrent. cum libri β paucissima menda inveniantur (164,17 θαυμάσῃ: θαυμάσει, 164,21 τὴν αἰσχύνην om [dubito an recte], fortasse 169,15-16 τῇ (post χαίροντες) - προσκαρτεροῦντες om, sed is locus in Coisliniano amissus est), textus et in fonte Veneti D et in libro β^1 retractatus esse videtur. quamquam perpaucis testibus servatis lectiones utriusque retractationis propriae separari non certo possunt, tamen varias lectiones, quas utrique fonti addicendas esse mihi persuasi, in tabellis enumerare conatus sum.



Has lectiones fontis libri Veneti D proprias esse existimo (β = certa libri β lectio, de qua libri P^b B C^o consentiunt):

1. *addidit*: 160,5 τῇ ante ἀσθενείᾳ, 163,1 ἔχοντες post ἀκλόνητον (om β, ἀκλόνητον B, ἀκλόνητοι recte P^b C^o), 163,15 τοῦ γένους post παραδείσου (om B), 163,21 καὶ post εἰ (om β), 164,17 μὴ ante θαυμάσῃ (om β, θαυμάσει β), 167,13 δὲ ante ἥκειν, 167,28 μὲν ante εἰς, 168,1 δὲ post πολλοῖς, 169,23 καὶ ante πλουσίαν.
2. *omisit*: 163,24 οἱ (add β), 168,1 καὶ, 169,25 τῶν αἰώνων.
3. *verba mutavit* (a) *substantiva*: 162,26 πότον (= β): πόντον, (b) *verba temporalia*: 160,19 προειρηκότα: εἰρηκότα, (c) *pronomina*, *particulas etc.*: 160,33 συμφώνως: σύμφωνον, 163,21 μᾶλλον (= β): μάλα, 167,22-23 εἰς τὸν κῆπον: ἐν τῷ κήπῳ.

4. *verba aliter flexit* (a) *substantiva*, *adiectiva*, *pronomina etc.*: 164,23 ἀνθρώπῳ (= β): ἀνθρώπων, 167,22-23 εἰς τὸν κῆπον: ἐν τῷ κήπῳ, (b) *verba temporalia*: 159,12 ὑπερβαλλομένους: ὑπερβαλομένους, 163,20 ἐγένετο (= β): ἐγίνετο, 167,24 προσκαθημένων (προκαθημένων B): προσκαθήμενον, 169,24 λαβοῦσα: λαμβάνει.
5. *ordinem verborum commutavit*: 159,5 μέχρι καὶ: καὶ μέχρι.

plerasque earum lectionum arte coniecturali adhibita ortas esse apparet. saepius sensus verborum Gregorii non mediocriter mutatur (cf. 162,26 πόντον pro πότον, 163,21 μάλα ... εἰ καὶ pro μᾶλλον ... εἰ, 167,28-168,1 μὲν ... δὲ pro καὶ, 169,23-24 καὶ ... λαμβάνει pro λαβοῦσα).

Lectiones libri $β^1$ propriae hae mihi esse videntur:

1. *addidit*: 165,8 πορείαν post ἐπορεύετο, 166,9 ἡ post πᾶσα, 166,11 μακαρίων ante στρατιωτῶν, 167,10 κἀμὲ post χρή, 167,26 καὶ δήματα ἐνιέντες post ἐφορμῶντες (= D, ἐφορῶντες P^b, ἐκφοβοῦντες B), 169,2 Ἰωάννης post Ἡρώδην.
2. *omisit*: 160,31 μὲν, 164,2-3 ἐξουσίᾳ τῆς, 164,7 γάρ, 165,1 τὸ (post τότε), 165,19 εἶτα, 166,3 γάρ, 167,27 ὁ, 169,1-2 καὶ - ἀποτμηθεὶς, 169,17 μὲν.
3. *verba mutavit* (a) *substantiva*: 160,10 κίνδυνος: ἀκίνδυνος, 164,10 σύνταγμα: σύστημα, 166,16 Ἴβωρα: ἦν βορᾶ P^b, ἦν βορρᾶ B, 166,24 ἁγίων (post τὴν τῶν): μαρτύρων, 167,14 δρωμένων: δρομαίων, 169,17 ὑπασπισταὶ: ὑπερασπισταί, (b) *adiectiva*: 160,25 καινῷ: κοινῷ, (c) *verba temporalia*: 164,1 εἰδότες: ἰδόντες, 165,4 πολεμούντων: πολεμίων, 165,4 βλασφημούντων: βλασφήμων, (d) *pronomina*, *particulas etc.*: 165,26 ἐνδίκως: ἐν δίκῃ.
4. *verba aliter flexit* (a) *substantiva*, *adiectiva*, *pronomina etc.*: 159,21 νοῦ: νοός, 160,14 μέγαν: μέγα, 164,18 τὸ τοιουτότροπον: τῷ τοιούτῳ τρόπῳ, (b) *verba temporalia*: 160,31 ἀπορραγέντες: ἀπορραγέντων, 163,26 συνεβούλευε: συνεβούλευσεν, 165,1 θελήσῃ: θελήσει, 167,6 εἴωθε: εἰώθη, 167,12 ἐμέλλομεν: ἐμέλλωμεν, 168,4 ἔχῃ: ἔχοι, 168,10 σχετλιάζω: σχετλιάζων, 169,10 ὑπάρχῃ: ὑπάρχει.
5. *ordinem verborum commutavit*: 168,5 εἰσὶ θεοῦ: θεοῦ εἰσί.

cf. quoque 163,14 πρόρριζα: πρόριζα, 169,10 βεβαρημένος: βεβαρυμένος. quarum lectionum, cum partim sive menda orthographica sive errores scribae, qui fontem suum neglegenter legit, partim coniecturae esse videantur, mea quidem sententia nulla ad textum constituendum adhibenda est.

Etsi qualitas fidesque memoriae et Veneti D et libri deperditi italograeci $β^1$, cum (excepto brevi fragmento Coisliniano) alii testes deficiant, certe iudicari non possunt, tamen saepius Venetum D secutus sum, qui hic (ut in memoria aliorum Gregorii operum) ex antiquo fonte descriptus esse videatur. fortasse concludere licet librarium Veneti D orationes Gregorii In Basilium, In Meletium, In XL Martyres Ia, Ib, II (quas

Venetus eo in ordine foliis 202-223 continet) sive ex ipso panegyrico Gregorii proprio ω^1 sive ex quodam eius apographo amisso descripsisse. difficile enim non est cogitare illum Byzantinum, qui editionem ω^1 in litteras minusculas translitteravit et librum α scripsit (cf. supra p. CCX), tertiam Gregorii orationem In XL Martyres (= or. II) non iam in suam editionem suscepisse. quae si ita sunt, pro certo constitui potest auctorem libri ω^1 ut alias Gregorii orationes ita eam nonnullis locis emendare conatum esse (cf. supra tabellam lectionum fontis Veneti D propriarum). cum autem res obscurae sint, in oratione legenda apparatum criticum, in quem omnes testes adhibui, quaeso diligenter consideres.

Textus orationis et in libro, ex quo Coislinianus fluxit, nonnullis locis retractatus esse videtur; scribam autem Coisliniani correcturas non omnes recte intellexisse ex his exemplis apparet: 166,5 scripsit ἀπόδεισξις, ubi in fonte ἀπόδειξις (εις supra lineam) constitutum esse existimo (ἀποδείξεις D P^b, ἀπόδειξις B i.e. mendum itacismo ortum); 166,9-10 scripsit ἔχω κἀγὼ μικρὸν τούτου τοῦ δώρου pro ἔχω κἀγὼ μερίδα τοῦ δώρου: sed aliquem correctorem μικρὸν substantivo carente (μέρος vel sim.) proposuisse putare non possum. ex aliis correcturis vanis, quae in Coisliniano inveniuntur, has modo enumero: 163,5 διὰ φόβου (pro φόβον) καὶ ἐλπίδα (sic), 164,16 Ἰούδας ὁ δόλιος pro Ἰούδας ἄθλιος (quo nomine Gregorius illum, qui unus ex grege martyrum fugit, appellat), 165,1 αὐτὰ pro αὐτῷ etc.

4. De archetypo ω

Dubito de archetypi lectione 164,20-21, ubi in Veneto D traditur ἐπικωμάζει (sc. diabolus) δὲ τῇ συμφορᾷ τὴν αἰσχύνην καὶ τῇ αἰσχύνῃ τοῦ δελεασθέντος εὐφραίνεται (sed ἐπικωμάζει = "petulanter impetum facit" accusativum τὴν αἰσχύνην regere non potest), in libro β accusativus τὴν αἰσχύνην abest (sed si contextum orationis cogitamus, iterationem vocis αἰσχύνῃ exspectamus), in Barberiniano B ἐπικοπάζῃ (pro ἐπικωμάζει) invenitur: fortasse igitur ἐπικομπάζει restituatur ("diabolus irridens calamitati ignominiam superaddit et..."). ceterum me nihil certum de archetypo scire confiteor.

3. DE EDITIONIBUS IMPRESSIS

Orationem In XL Martyres II primus I. Gretser in "Appendice ad sancti Gregorii episcopi Nysseni opera" (Parisiis 1618, p. 205-214) Graece edidit et in Latinum convertit. quae editio bilinguis in editiones Parisinas Aegidii Morelli (1638, tom. II, p. 205-214) et Mignei (1858^1, 1863^2, tom. 46, p. 773-788) accepta atque in Gretseri operibus (Ratisbonae 1740, tom. 14.1, p. 292-301) iterata est. versionem autem Latinam Gretseri Dom. Schram (Analysis SS. Patrum, Augustae Vind. 1791, tom. 14, p. 634-640) denuo divulgavit.

Textum Gretseri (v) omnino fere variis lectionibus et erroribus consentire cum Veneto D, ex quo ad verbum codicem Monacensem gr. 92 descriptum esse saepius demonstravi (cf. supra CCXXI, CCXL, CCXLVIII, CCLIX), ex apparatu critico intellegi potest. liber autem Monacensis 92 est ille codex "Bavaricus" (aut "Boicus"), quo Gretser usus editionem bilinguem quorundam Gregorii operum in "Appendice" sua praeparavit (cf. quae dixit Wernerus Jaeger "de textu vulgato" Vitae Macrinae, VIII 1 p. 366sq).

DE VITA GREGORII THAUMATURGI

EDIDIT

GUNTERUS HEIL

CONSPECTUS SIGLORUM

- V[c] Vaticanus graecus 807 saec. X ineuntis
- S Vaticanus graecus 1907 saec. XII
- Λ Londiniensis Musei Britannici graecus Old Royal 16 D 1 saec. XII
- O Monacensis graecus 370 saec. X
- E Vaticanus graecus 446 saec. XII
- Ω Vaticanus graecus 808 saec. XI
- Ω[a] Vindobonensis historicus graecus 5 saec. X/XI (20,18-23,14)
- U Messanensis Sancti Salvatoris 69 saec. XII
- X[a] Vaticanus graecus 1596 saec. XI
- Arethas Mosquensis Musei Historici graecus 315 saec. XVI exeuntis, fol. 110r ed. Compernass, Didascaleion 2, 1913
- Syrus Londiniensis Musei Britannici Syriacus DLIX Add. 18815 saec. IX fol. 29-30v, de quo cf. C.P. Caspari, Alte und neue Quellen zur Geschichte des Taufsymbols, Christiania 1879, p. 1sqq: Ein Gregor von Nazianz beigelegtes Glaubensbekenntnis in syrischer Sprache
- Syr Londiniensis Musei Britannici Syriacus Add. 14648, saec. VI. Germanice vertit Viktor Ryssel, Erzählung von den Ruhmestaten des seligen Gregor, Theolog. Zeitschrift aus der Schweiz 1894, p. 241sqq
- Rufin Rufini versio latina Eusebii Historiae ecclesiasticae edd. E. Schwartz, Th. Mommsen (Eusebii Opera II 2 = GCS 9,2): De Gregorio Thaumaturgo p. 955sq
- Ioannes Dam Ioannes Damascenus, de trinitate ed. Le Quien, Migne P.G. 95, 12B
- v editio Mignei S.G. XLVI 893-957

[1]sigillo additum manum primam, [2]sigillo additum manum primam se ipsam corrigentem aut manum correctoris significat

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΒΙΟΝ ΚΑΙ ΤΑ ΘΑΥΜΑΤΑ ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΘΑΥΜΑΤΟΥΡΓΟΥ

893 M. Ὁ μὲν σκοπὸς εἷς ἐστι τοῦ ἡμετέρου λόγου καὶ τοῦ παρόντος συλλόγου. Γρηγόριος γὰρ ὁ μέγας ὑμῖν τε τῆς συνόδου κἀμοὶ τῆς διαλέξεως ὑπόθεσις πρόκειται. ἐγὼ δὲ τῆς αὐτῆς οἶμαι χρῆναι δυνάμεως ἔργῳ τε κατορθῶσαι τὴν ἀρετὴν καὶ λόγῳ κατ' ἀξίαν τὰ καλὰ διηγήσασθαι. ὥστε ταύτην ἐπικλητέον ἂν εἴη τὴν συμμαχίαν δι' ἧς ἐν τῷ βίῳ τὴν ἀρετὴν ἐκεῖνος κατώρθωσεν. ἔστι δὲ αὕτη κατά γε τὸν ἐμὸν λόγον ἡ τοῦ πνεύματος χάρις ἡ καὶ πρὸς τὸν βίον καὶ πρὸς τὸν λόγον τοὺς περὶ ἑκάτερον τούτων ἐσπουδακότας δι' ἑαυτῆς ἐνισχύουσα. ἐπεὶ οὖν ὁ λαμπρὸς ἐκεῖνος καὶ περίβλεπτος βίος τῇ δυνάμει κατωρθώθη τοῦ πνεύματος, εὐχῆς ἔργον ἐστὶ τοσαύτην ἐλθεῖν ἐπὶ τὸν λόγον βοήθειαν, ὅση γέγονε παρὰ τὸν βίον ἐκείνῳ, ὡς μὴ κατόπιν εὑρεθῆναι τῆς ἀξίας τῶν κατορθωμάτων τὸν ἔπαινον, ἀλλὰ τοιοῦτον ἐπιδειχθῆναι τοῖς παροῦσι

---

14 cf Men Rh περὶ ἐπιδεικτικῶν 213 (III 368, 10sqq Spengel)

Titulus: βίος τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ θαυματουργοῦ· συγγραφεὶς ὑπὸ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Νύσης V[c]   τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσσης εἰς τὸν βίον τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ἐπισκόπου Νεοκαισαρείας τοῦ θαυματουργοῦ Λ   τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν βίον τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ θαυματουργοῦ Ov   Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσσης. Ἐγκώμιον ῥηθὲν εἰς τὸν ἅγιον Γρηγόριον τὸν θαυματουργόν. Γενόμενον ἐπίσκοπον Νεοκαισαρείας E   βίος καὶ πολιτεία καὶ θαύματα τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἀρχιεπισκόπου Νεοκαισαρείας τοῦ θαυματουργοῦ Ω   Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσης εἰς τὸν βίον καὶ τὰ θαύματα τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἐπισκόπου Νεοκαισαρείας τοῦ θαυματουργοῦ U   Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσης εἰς τὸν βίον καὶ τὰ θαύματα τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἐπισκόπου γενομένου Νεοκαισαρείας τοῦ θαυματουργοῦ X[a]

